

Johann Klein von Friedrich Kretzschmar

Disputatio Iuridica De Diebus Criticis seu Decretoriis Vulgo Von denn Gefähr- Tagen

Rostochii: Wepplingius, [1687]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746163487>

Druck Freier  Zugang





g... P...
1659

Ja-1125

I. N. D. N. J. C.
DISPUTATIO JURIDICA:

DE
DIEBUS CRITICIS seu **DECRETORIIS**

Vulgò

Von denn Gefähr. Sagen

QUAM

Occasione Articulorum 147. & 149. Con-
stit. Crim. Car. V. quorum simul practicam

exhibet evolutionem,

AUXILIANTE DIVINI NUMINIS GRATIA;

CUM CONSENSU

NOBILISSIMI Atq; AMPLISSIMI ICTORUM ORDINIS
IN CELEBERRIMA ROSTOCHIENSI ACADEMIA

PRÆSIDE

DN. JOHANNES Klein/

J. U. D.

PRÆCEPTORE, HOSPITE ac PROMOTORE suo multis no-
minibus colendo atq; Observando

Die 28 Septembr. Anni M DC. LXXXVII.

Amicæ eruditorum Disquisitioni subicit

In Auditorio Major. horis antemeridianis

FRIDERICUS Grehschmar/

Eutrav. Misnic

A. & R.

ROSTOCHII Prælo WEPPLINGII Acad. Typogr.

DIRIGENT DER JURIDICAL

RECHTSGERICHTS
RAT

VERORDNUNG

DES SENATS



AM 11. SEPTEMBER 1871

IN ROSTOCK

VERMAGENS

VERWALTUNG

DES SENATS

AM 11. SEPTEMBER 1871

IN ROSTOCK

In Nomine Sacræ & Individuæ Trinitatis

PRÆFAMEN.

SUMMARIA.

Vulnerans ordinariâ homi- tudine, longitudine, profunditate,
cidii pœnâ non tenetur, ni- nec non armorum conditione le-
si vulnus lethale sit Num. 1. thalitatatem dimetiuntur n. 8.
Vulnerans hoc casu extra ordinem Alios plus certis diebus ac tempori
saltem pro arbitrio iudicis juxta ante obitum vulnerati effluxo da-
qualitatem delicti & persone pu- re demonstratur remissivè n. 9.
nitur n. 2. Proponitur ipsius Disputationis the-
ma de Diebus criticis n. 10.
Vulnere non lethifero existente Presumptio lethalitatis primum
vulneratus creditur vel ex negli- ordinaria homicidii pœna funda-
gentiâ Medici vel Chirurgi vel ex mentum est. n. 11.
malo regimine aut alio superve- Discors notatur Jctorum opinio
niente Symptomate periisse n. 3. circa dierum Criticorum deter-
Opinio sentientium vulnera non minationem n. 12.
dari per se lethalia, damnatur n. 4. Et 5. Ansa de hac questione agendi
Sententia Jctorum, undenam vul- nata est occasione Articulorû Consti-
neris lethalitas conjecturanda, sit, Crim. Car: V. 147. & 149. n. 13.
non eadem est omnium n. 6. Methodus disponendi hanc ma-
Alii multû conjecturis tribuunt n. 7. teriam per quatuor capita exhi-
Alii ex qualitate, quantitate, lati- betur n. ult.

Ralatitium & in vulgus notum est: Vulnerantem
ordinariâ legis Corneliæ de Sicariis pœnæ reum haud
esse nec de occiso teneri, Hippolith. de Marfil, in Pra-
ctica

- Etica Crimin. S. Equia. n. 20. fol. 517. & 518. Bajard ad Jul. Clar. lib. 5. S. Homicid. n. 44. Placha lib. 1. cap. 13. n. 7. pag. 205. Epi. delict. Gail. 2. Observ. III. n. 20. seqq. Menoch. de Arbitrariis Judic. Quæst. in lib. 2. Casu 274. n. 3. Clarus lib. 5. S. Homicid. n. 42. pag. 395. Boërius Decis. 323. n. 4. & 7. Sed vel fustigatione vel Relegatione vel aliâ arbitraria pœna extraordinem saltem pro arbitriô religioso ac prudentis Judicis juxta delicti & personæ qvalitatem afficiendum esse Carpz. Prax. Crim. P. I. Quæst. 26. n. 8. seqq. nisi Judex de vulneris lethalitatè, unde immediatè mors subsequi poterit, omninò certus sit vid. supr. alleg. DD. & præter illos Dan. Classen. in Commentar. nuper edito ad CCC. V. Art. 149. Excell. Stryk. in Doctissimo tractatu: De jure sensuum t. 1. Dissp. 2. n. 20. Vulnere, enim nec lethifero existente, vulneratus creditur non ex vulnere, sed vel ex negligenter Medici aut Chirurghi adhibitâ curâ, vel ex malo ipsiusmet ægroti regimine, vel ex alio quopiam post vulnerationem superveniente Symptomate periisse Egid. Boss. De Homicid. n. 115. Blanc. in Prax. Crim. in I. Part. Defens. S. 115. sic præmissis n. 68. versiculo. secundum caput est. Gandin. in Tit. de Homicid. n. 24.*
2. Bonifac. de Vital. in Tit. de insult. & Percuss. n. 31. Quod constans Criminalistarum assertum sicuti illorùm damnat opinionem, qui singularitatis studio nulla credunt per se vulnera dari mortifera, olim jam refutati inq; ruborem dati, à Tagaut: Fallop. Paræo, Pigræo, Hieronymo Fabric. Senert. Svevo. Sebitz. Hermanno Corbej. & Paulò Zachia in quæst. Medico legalibus, lib. 5. Tit. 2. Quæst. 2. per tot. ita cum fluxa maximè ac varia sit Jctorum sententia, undenam potissimum vulneris lethalitas conjecturanda sit. Farinac. lib. 1. Quæst. 127. n. 53. seqq. Mascard. De probat. Conclus. 1073. n. 8. Petr. Theodor. Colleg. Crim. Dissput. 7. Thes. 1. circa fin. Gomez. Variar. Resolut. cap. 3. n. 29.
6. Aliis hic conjecturis & præsumptionibus multum tribuentibus

66.
entibus, aliis ex accepti vulneris qualitate, quantitate, 7
latitudine, longitudine, & profunditate, nec non ar-
morum conditione ejus lethalitatem dimetientibus,
Mascard. *dict. Concl. Blanc. & Petr. à Plach. supr. alleg. loc.* aliis 8
haud parum spatio temporis ante obitum vulnerati
effluxo dantibus Bart. *in L. fin. num. 13. ff. ad L. Corn. de. sic.*
Cæpoll. *Consil. 40. n. 18.* Angel. *De Malefic. in verb. Et inter-*
vallo n. 3. dubitandi nonnullis dedit occasionem: An 9
non vulnerato post certos dies, quos vulgò *Criticos* five
Decretorios; germ. *Die Gefähr. Tage* appellare amant,
diem suum obeunte, vulnus præsumatur lethale, ut
id propter vulnerans ad ultimum abstrahi supplicium
mereatur; An verò cessante lethalitatis præsumptione,
ceu primò ordinariæ homicidii pœnæ fundamento 10
Vulnerans non de morte sed de vulnere duntaxat
defuncti teneatur? Circa quam quæstionem, cum in 11
diversa sententiarum Jcti abeant divortia, adeo
ut ne quidem concors circa ipsorum *Dierum Criticorum*
determinationem notari possit calculus, uti *infra* Cap.
2. pluribus demonstratum ibimus, non ingratum nos 12
Benivolo Lectori exhibituros officium, aut laterem lo-
turos credidimus, si, quid in dubiâ hac juris controversia
juri ac veritati consonum sit, occasione *Articulorum 147.*
& 149. CCC. VII. disputatoriâ Methodo delineatum ex-
hiberemus, inque hoc articulo ingenii vires periclitare-
mur, certissimâ lactati spe, si ex asse Candidi Lectoris exspe-
ctationi adimplendæ esse haud quiverimus, ipsum tamen 13
hòsce conatus nostros æqvâ interpretatione, ac can-
dore suo esse adjuturum. Cum autem universâ tum-
demum benè ac competenter gerantur, si rei principium
sit decens ac amabile Deo, *Nov. 6. in Prasat.* meritò sub
initium nostræ meditationis ad Dei Omnipotentis adju-
torium, præeunte divo Justiniano, *in L. Deo Autore 1.*

in pr. C. de F. J. E. ceu cujus gratiâ favore ac auxilio omnia conficiuntur, L. tanta, 2. S. omnia igitur 1. Cod. eode animum nostrum erigimus, submissis contendentes precibus, ut Spiritus Sancti auram operantibus clementer adspirare dignetur, quò errorum cautè prætervectis scopulum, veritatis portum secundo amne ac vento intrare liceat; Cujus confisi ope ne hanc nobilem juxta ac practicam juris materiam, tumultuario aut sine omni prorsus ordine pertractare videamur, quatuor eandem subsequis includere capitulis volupe visum fuit: Quorum Primum continebit definitionem.—Nominalem ac Realem *Dierum Criticorum* seu *Decretiorum*, eorumque synonyma. 2. Exhibebit varias Jctor. opiniones, circa tempus ac intervallum *Dierum Criticorum* 3. Dabit veram de *Diebus Criticis* & in Praxi Criminali receptam sententiam, 4. Formam inquirendi in vulneris lethalitatem à morte vulnerati ad ductum art. 149. C. C. Sit ergò B. C. Deo.

CAPUT PRIMUM.

Exhibens Definitionem Nominalem ac Realem DIERUM CRITICORUM seu DECRETIORUM, vulgò der Gefahr Tage unà cum eorum Synonymis.

SUMMARIA.

I ngressus	n. 1.	fit exponunt	Num. 4. & 6.
Rerum quidem potior, verborum tamen prior, tam apud Philosophos quam Jctos esse debet tractatio,	n. 2.	Domitianus fertur propter molestam vocum indagatiõnem furiosi nomen sortitus.	n. 5.
Leges nostra Prisciano non subjacent.	3.	Absurdum est determinare velle prius, quam terminos intelligere	n. 8.
Quod quomodo intelligendum		Quod probatur simili ab Ababda	

Abdarius desumpto	n. 7.	Cujus derivationis ratio ad-
Natales vocis diei	n. 9.	ditur
Jupiter Romanis Diespiter		n. 28.
dicitur quasi Diei Pater	n. 10.	Germanice dicuntur Urtheil-
De computatione Dierum Cri-		sällige Tage
ticorum agitur per remotio-		n. 29.
nem	n. 12.	Nec non Gefahr-Tage/
Et assertive	n. 16. scil.	n. 30.
quæ computatur à mediâ nocte		Cujus ratio datur.
ad mediam noctem sequentem		n. 31.
Cujus ratio apponitur	n. 18.	Itē Krankheit Wechsel-Tage
Medicis & illorum judicio in		n. 32.
dijudicanda vulneris lethali-		Cujus ratio datur,
tate multum tribuitur	n. 19.	n. 33.
Quos etiam hac in parte me-		Dicuntur etiam Dies Decre-
rito sequuntur Jcti	n. 20.	torii,
Medici per diem intelligunt		n. 34.
tempus quod unò fit cæli cir-		Cujus ratio datur
cum actū	n. 21.	n. 35.
Calculus Dierum Criticorum		Quod probatur à simili de-
Civilis cum calculo medico con-		ducto à numeris Climactericis
venit,	n. 23.	n. 36.
Secundum effatum Servatoris		Fatalis hora nostra Decreto-
& Creatoris dies continet 12.		ria dicitur
horas & dividitur in Mane,		n. 37.
Ortum, Meridiem & Occasum		Dixit & Seneca Arma Decre-
n. 4. & 25.		toria, quæ opposuit lusoriis
Dies dividitur in Criticum &		n. 8 & 39.
Nec-Criticum,	n. 26.	Dicuntur etiam Dies Censorii
Unde dicatur dies Criticus ex-		n. 40.
hibet	n. 27.	Cujus ratio apponitur
		n. 41.
		Dies novissimus Judiciarius
		der grosse Gerichts Tag des
		Herrn etiam Dies Censorius
		dicitur
		n. 42.
		Quod probat apposita Chri-
		stiana Inscriptio Verona n. 43.
		Apponitur Definitio Dierum
		Criticorum.
		n. 44.
		Veram

1. **V**eram, judiciorumque praxi receptam, & communi
Celeberrimorum Jctor. calculo circa *Dies Criticos*
feu *Decretorios* illorumq; effectum comprobata[m] ex-
posituri sententiam, operæ pretium facturi videmur, si, an-
tequam ad definiendam eorundem indolem prolabamur,
2. in antecessum mentis aciem ad vocum significationem
paulisper flectamus, probè gnari, rerum quidem potio-
rem, verborum autem priorem tam apud Philosophos
quàm Jurisperitos esse solere ac debere tractationem Lu-
dov. Viv. L. 1. *De Causf. corr. art: Sagittar. Exercit. 6. Logic.*
quest. 1. Thomm. in Orat. de libert. Philosoph: Verulam: c. 10.
Proæm. Inst. moral. Scriban. c. 1. Philosoph. Christianæ Zeifold.
c. 1. parascev. ad Vindic. præcept. 3. L. 1. pr. ff. de I. & I. L. 1. ff. de
R. C. L. Labeo 7. §. 2. ff. De Suppell. Legat. L. 4. §. 2. ff. Quod
quisq; juris. L. Non aliter. 69. ff. de legat. 3. L. 1. §. licet ff. de Ex-
3. *ercit. act.* Quamvis enim Leges nostræ Prisciano & Or-
bilio ferulæ sceptrum vibrantibus, non subjaceant, ne pe-
stis Grammaticalis in intimos Regiæ Disciplinæ serpat
4. aditus; id tamen de criticâ & nimis anxia verborum, in-
5. vestigatione, quæ Domitiano, qui propter molestam vo-
6. cum indagationem furiosi nomen fertur fortitus, tribui-
tur, non de usu[m] earum explicatione intelligi oportere
adserit Osterman. *Vol. 2. Colleg. jur. Colon. Disp. 6. th. 1. &*
7. *Disp. extraord. 4. c. 1.* Nam sicuti pueruli ABC darii an-
teliteras noscere, quàm easdem conjunctas legere, atq;
adeò à primis Elementis ad Syllabas transcendere, à Syl-
labis ad dictiones demum devenire debent: ita cuius rem
propositam accuratiori mentis staterâ pensituro con-
venit vocabulorum ante omnia curatam habere rationē,
8. præprimis cum absurdum sit determinare prius velle,
quàm terminos intelligere. Sam. Schmidt. *L. 1. addit. ad*
Log. c. 1. Angel. Conf. 110. pr. Mantica de Conjecturis ult. Vo-
junt. L. 1. T. 1. n. 1. Carpz. Cent. 1. Dec. 10. § 14. n. 6. & Frider. de
Jena

Jena, in elegantissima *Disp. Juridicâ De Actionum in Heredes
transitione*, n. 2.

Quod ergo Natales vocis *Diei* attinet ex Lexicographis
non potest non cuivis obvium esse. Diem à Deo dictum
esse, ceu quo motore existit, sive *ἡμέρα τῆς θεῶν*, Schard. in *Lex.
jurid. verb. Dies* sive à Jove, diei ut putabant Rectore qui
Grece *Δις* appellatur, & Romanis *Diespiter*, quasi Diei Pater 10.
Jacob Dentzler, in *Clav. Lat. Ling. voc. Dies*. Varro. L. 4. De
ling. Latin. dicitur. Matth. Martin. *Lexic. Philologic. voc. Dies.*
Cum quo convenit illud Horatii *lib. 3. Od. 2.*

Sæpè Diespiter

Neglectus incesto addidit integrum, *Æ. Lib. 1. Od. 34.*

Namq; Diespiter

Igni corrusco nubila dividens.

*Vid: Varron. de Lingv. latin. p. 19. & Basil. Soran. Fabrum. II.
in Thes. Erudit. Scholastic. verb. Dies*, Gothofred. *ad L. 8. ff.
de Feriis lit. H.* Cujus cum varias reperire sit divisiones
& significationes, nostro quidem scopo nihil aut parum
fanè inservientes, illis huc recensendis lubenti supersede-
mus animo, Benivolum Lectorem ad *Mathiam. Martin.
Fabrum; Simon. Sichard. Joh. Jacob. Dentzler; Calvinum.
aliosq;* remittentes: Interim pro felicioris præsentis ma- 12.
teria expeditione hic notamus, cum prænosse juvet, quâ
Dies. Critici computentur ratione, ut firmum post illo-
rum decursum de vulheris qualitate ferri dariq; Judicium
possit, *Diem criticum* nobis non denotare (1) illud tem- 13.
pus quò sol nobis præsens est, *Isidor. lib. 3. c. 50. & lib. 5. c. 30.*
Nec (2.) cum *Babyloniis* computari à Solis exortu ad ex-
ortum, *Martin in Lex Philolog. d. l. nec (3.) cum Umbris* à me- 14.
ridie ad meridiem. *Macrob. Saturnal lib. 1. c. 3. nec (4.) cum* 15.
Atheniensibus, & aliis ab Occasu ad Occasum, sicuti ex
*Varrone refert Schardius supr. alleg. loc. Gothofred. ad L. 8. ff.
de feriis Lit. K. junct. Plin. Gell. Macrob. & Censorin. Schalig.*

B

Lib.

16. *Lib. 1. de Emendat. tempor.* Sed cum Ægyptiis & Romanis ad quos ab illis hic computandi mos translatus est, sicuti ex Plinio docet Gothofredus, proxime all. loc. Lit. F. & K. Conf. Martin. d. l. 3. à media nocte ad mediam noctem sequentem, per L. 8. ff. de feriis, ubi disertè docet Paulus. More Romano diem à media nocte incipere & sequentis noctis mediâ parte finire, ita, ut quicquid in his 24. horis i.e. duabus dimidiatis noctibus & luce mediâ actum est, per-
18. inde sit, quasi quavis hora lucis actum esset. Cum enim præsens noster discursus non minimam partem ad Medicorum forum pertineat, quorum accurato ex veris medicæ artis, quam profitentur principiis desumpto iudicio, hic multum tribuimus, quosq; in dijudicandâ vulneris lethalitate Jcti jure merito sequuntur. Paul. Zachias. *Quæst. medico-Legal. L. V. Tit. 2. quæst. 5. n. 8. seqq. Florian. in L. ait Lex. n. 4. ff. Ad L. Aquil: Marian Socin. in C. Presbyterum n. 8. ante fin. verb. & in hoc autem iudicio meo. Cornel. Consil. 273. Jacob: Ayres. in Tractat: de Homicid P. 2. n. 57. Mascard. de Probat. Vol. 2. Concl. 1073. n. 6. & 10. & Concl. 1038. num. 2. it. Vol. 3. C. 1175. n. 49. Farinac. d. l. 9. 127. n. 49. Menoch: de A. l. 2. Cas. 275. n. 1. vers. verum ut D. Stryk. in doctissimo Tract: de Jure Sensuum Disp. 1. c. 2. n. 20. Rütger: Ruland: de Commissar:*
21. P. lib. 4. c. 15. n. 14. Illi verò circa morborum qualitatem per diem illud tempus intelligant, quod unò fit Cœli circumactu, quo verus dies & nox continetur, ut quando v. g. dicimus. Titium 30. dies vixisse simul & noctes includamus Martin. in Lex. Philolog: Verb: Dies in Medio, nulli dubitavimus eundem computandi morem nostris quoq; Diebus Criticis adscribere, præprimis, cum eundem cū
23. calculo dierum Civilium ex assè ad ductum L. 8. de feriis convenire advertere licuerit, non ignaris diem cetero-
24. quin secundum effatum Servatoris nostri Job. 11. Nonne, inquentis, duodecim sunt horæ diei? & Creatoris Jehovæ,

99
væ Gen. i. Lucem à tenebris separantis lucemq; diem & te-
nebras noctem appellantis, denotare tempus à Solis ortu
ad occasum, cuius partes Varro numerat: *Mane: Ortum: 25.*
Meridiem. & Occasum. Faber. in Lex: voc: Dies.

Ex variis a Dierum divisionibus, quas cumulant Lexico- 26,
graphi, hanc unicã duntaxat hâc vice examinare lubet, quã
Dies dividitur in *Criticum* & *Nec-Criticum*; Cujus u-
triusqve antequam realem sistamus definitionem, pauca
de origine vocis *Critici* & ejus Synonymis præfari non
abs re esse arbitramur.

Dicitur *Dies Criticus* *νεκρῶς* seu *νεκρῶς* *ἡμέρα* 27.
νεκρῶς, judicare, undè descendit *νεκρῶς* judicium, eò quod 28.
ex illorum sententiã, qui *Criticos* istiusmodi *Dies* ad-
mittunt hisce diebus de morbi ratione judicium fieri pos-
sit, ita, ut in illis vel mortis, vel salutis aut fanitatis notæ
appareant. Faber. *voc. Crisis* Indè & Latine appellantur
Dies Judicatorii: vid: Calvin. Lex: Jux: verb Dies. Germ.
Urtheiltällige Tage / darin man von der Krankheit ur- 29.
theilen mag / Jacob. Dentzler Voc. Criticus, oder darin sich die
Krankheit sonderlich ereigen oder merckē läßt / Faber. d. l. aliàs
Gefähr-Tage / vid. Classen. ad c. c. c. art. 147. forsan, 30.
quod illis ultimum vitæ discrimen, aut maximum mor-
tis periculum vulneribus ægro aut morbis gravato im- 31.
mineat, quodq; illis superatis periculū omne superasse aut
extra omne mortis periculū esse videatur vulnerat. Item 32.
Krankheit Wechsel-Tage: Dentzler d. l. eò quod cre- 33.
dant hisce diebus mutari morbi aut vulnerum qualitatē:
Appellantur etiam dies *Decretorii*. Classen. Calvinus, 34.
Dentzlerus & Faber. *d. l. Galen. De Diebus Decretoriis*
& *Censoris c. xi. Leonhard. Fusch. lib. 4. Instit: Me-*
dic: Sect: 2. c. 10. Zieritz. ad c, c. c. art. 147. in fin. à verbo lati-
Bz no

35. no: *Decernere*, eò quod *Authore Plinio Medici* hisce diebus *decernant*, statuunt; quid de ægrotante futurum sit *vid.* Petr. Mosellan. *in adnotat. ad A. Gellii Noct. Attic. Lib. 3. c. 10. verb: pericula quæq; vite: Tage / die der Krankheit einen Ausschlag geben / er falle auch wie er wolle.* Faber. *voc. Cernere*, quâ eadem ratione Firmicus *Lib. 3.* quoq; numeros
36. *Climactericos, Decretorios* dixit, quòd velut *decernunt* de vita hominis & in utramq; partem statuunt, vel ut seruetur, vel ut pereat: Cujus huc apponere Verba non pigrabimur. *Sanè extra cæteros Climateras etiam Septenni anni & novenni, per omne vita tempus multiplicatâ ratione currentes naturali quâdam & latente ratione variis hominum periculorum discriminibus semper afficiunt, undè annus sexagesimus tertius, quia utriusq; numeri summam pariter excipit, Androdas appellatus est. Novies enim septem anni, sexaginta tres efficiunt: & rursus septies novem, simili modo 63. annos conficiunt. Quia itaq; utriusq; numeri cursus in anni æquata ratione spatio concurrat, grande semper periculi discrimen imponit: Si enim septenni & novenni anni, qui hebdomatici à Grecis & eneatici appellantur, grandia pericula hominibus semper indicunt, quid facient 63. anni, qui utriusq; numeri multiplicatam & in vicem sibi obligatam efficiunt summam.* *Vid. Joh. Baptist. in Comm. Epist. Sidon. Apollin: ad Lampri- dium. Lib. VIII.* Huc etiam respexisse videtur Seneca, quando *Epistol: 102.* fatalem & ultimam horam nostram.
38. *Decretoriâ* appellat, qui & *Decretoria arma* dixit Luforiusq; opposuit, quod decernant de vita, nec stringant duntaxat

70.
taxat & feriant, sicut luforia, sed fauciēt quōq; ac perimant.
Hujus porrò appellationis, *συνώμοτος* est; quod & *Dies au-*
diant *Censorii Galen, cap. XI. de Diebus Decretoriis s. Censo-* 40
riis, eò quòd Medici *consere* ac arbitrari soleant hisce die- 41
bus, num ægrotans morbi vulnerumqve periculum su-
peraturus, an vero ex vulnere moriturus sit? Sicuti in si-
mili *Dies Censorius* denotat ultimum & *Decretorium*
Diem den grossen Gerichts - Tag des Herrn quò de uni-
verso hominum genere iudicium Christus Dominus fa-
ciet. *vid. Carol. Du-Fresne in Glossario ad Script. medie Sin-*
sim. Latin. verbo: Censorius Dies quorsum pertinet vetus in- 43
scriptio Christiana Veronæ.

D. M.

FELICIANI. VERONENS.

Mihimet. Felicianus. Veronens.

Sacrum. Const.

Qui. inquietus. vivus.

Nunc. tandem. mortuus.

Non. Lubens. quiesco.

Solus. cur. sim. quoris?

Ut. in. Die. Censorio. sine.

Impedimento. facilius.

resurgam.

Quibus præmissis ita describere placet *Dies Criticos*, 44
Decretorios, Censorios seu Judicatorios Quod sint certi
Dies, quibus de morbi vulnerum ratione iudicium præ-
cipuè ferre Medici possunt, quid de ægrotante futu-
rum sit: Unde simul ex natura contrariorum con-
stabit quanam sint die *Nec-Critici*, arg. pr. De his qui sui
vel alieni iur, sunt.

B 3

CAPUT II

CAPUT II.

Exhibens varias Medicorum ac Criticorum Opiniones
circa Dierum Criticorum intervallum &
ultimum terminum.

SUMMARIA.

Conjectura lethalitatis, quae Parcendo improbis bonis fit in
à tempore desumitur, meri-
tò magnificienda est n. 10.
De lethalitatis Conjecturis agi-
tur remissivè n. 11.
Habet haec res multum difficul-
tatis, non minus tamen necessi-
tatis, n. 2. Nec insontes contra humanita-
tem ultimò affici supplicio n. 12.
Unde difficultas oriatur exponit
cepit die decedens, ex vulnere
n. 3. Vulneratus eod. quò vulnus ac-
presumitur mortuus n. 14.
Propter varia obvientia Sym-
ptomata & diversam vulnera-
torum Constitutionem multipli-
cemq; vulnerum differentiam a-
lii aliis citiùs moriuntur alii
citiùs convalescunt n. 15.
Idem si intra biduum
Nec non triduum moriatur n. 16.
Quod ipsa approbat naturam n. 17.
Quod etiam extendit Zachias
ad septimum diem n. 19.
Cujus ratio apponitur n. 20.
Dissensus hac in re Medicorum
unde causam habeat, docet n. 7. Vix dari potest morbus acutus
qdi Vulneri non ex culpa Vulne-
Certum diem ponere Criticorum
ris superveniat, si tam brevi
nonnullis impossibile visum fuit
spatio hominem è medio tollat
remissivè n. 8. n. 18.
Quaestionis, quae de diebus Cri-
ticis agit, solutio maxime neces-
saria est n. 9. De breviori Dierum Critico-
rum termino agitur remissivè
n. 21.
Absolvuntur contra justitiam
Maxima Dierum Criticorum
fontes n. 9. n. 19.

incertitudo suboritur circa eorum terminum ad quem n.22.
In dubio Vulneratus ex vulnere mortuus praesumitur, n.23.
Præprimis si intra modicum temporis satis concesserit n.24.
Ex vulnere periisse non creditur qui post longum tempus mortuus est n.25.
Quod nam longum tempus dicatur in hac questione non unanimum est sententia. n.27.
Aliqui tertium Diem à tempore Vulneris accepti criticum ponunt n.28.
Alii quintum diem, n.30.
Alii Decimum n.33.
Medicis in hac questione ceu impossibile est remissive n.ult.

huius artis peritis credendum n.39.
Secundum Medicorum assertum Vulnerum ultimus Dies Criticus est Dies quadragesimus n.37.
Post quadragesimum ergo diem mortuus non praesumitur ex vulnere decessisse, n.38.
Alii diem Criticum ad Sexagesimum usque extenderunt n.39.
Alii ad ultimum octavi Mensis diem n.40.
Alii ad lapsum totius anni n.42.
Quod potissimum Longobardi observant, n.33.
Alii ad integrum triennium n.44.
Certum ac infallibilem Dierum Criticorum ponere terminum n.ult.

Recte nobis quidem iudicibus monet Paulus Zachias, ^{1.}
 Vir de Orbe Literario egregie meritis, quem Omniscium dicere non erubescit Hieronymus Bardi in Epistola ^{2.}
 ad ipsum missa in Questionibus suis Medico legalibus Lib. V. ^{3.}
 Tit. 2. quest. 5. n. 1. Conjecturam lethalitatis, quae à tempore defumitur, praeter ceteris omnibus, quas miram diligentiam profecutus est Farinac. ^{4.}
 quest. 127. P. 2. n. 28. seqq. & Boër. ^{5.}
 Decis. 323. junct. Menoch. de A. I. Q. Cas. 275. merito magni ^{5.}
 habere difficultatem & necessitatem: quarum illa oritur ^{4.}
 ex multiplici vulnerum differentiâ, variâ vulneratorum ^{4.}
 constitutione ac naturâ, & infinitis prope modum vulneribus ^{5.}
 extrinsecè obvenientibus symptomatibus, quorum ^{5.}
 ob culpam aliquando citius aut serius vulnerati suum ^{5.}
 diem.

diem obeunt, vel citius aut ferius, quam sperabatur, pristinæ suæ sanitati restituuntur: cui difficultati maximum addit momentum mira & incredibilis cum Medicorum tum

6. Jctorum in tempore securitatis vulnerum stabiliendo diffidentia;
7. Cujus rei princeps causa est particularium casuum eventus, quibus observatum est, vulnera modo procraftinare, modo accelerare mortem, etiam si unius ejusdemque naturæ sint, unde certum pro eorum securitate ponere terminum nonnullis impossibile visum fuit. teste Zachia d. l. n. 2. Sed tamen hujus difficultatis solutio maxime videtur necessaria, ne contra justitiam fontes absolverentur arg. L. 3. c. de Episc. aud. parcendoque improbis bonis fieret injuria c. 18. Non frustra c. 23. q. 5. & delicta cum insigni Reipublicæ incommodo manerent impunita L. 51. §. estimatio. ff. ad L. Aquil. vel contra humanitatem infantes ultimo afficerentur supplicio; quorum utrumque; facili eveniret negotio, ubi cum veritatis præjudicio brevius vellongius temporis spatium constitueretur; quare in hoc omni elaborabimus molimine, ut si fieri possit, veritatem assequamur. Sicut autem extra omnem dubietatis aleam positum rentur, & omnino procedere ex communi Medicorum ac Jctorum calculo autumant. Farinac. Consil. crim. 100. num. 16. Accurs. ad L. Unic. c. de emend. serv. ibidemque cyn. Joh. Faber. Bart. Bald. & Consil. 328. v. 2. Ludov. Bolognet: Vulneratum eodem, quo vulnus accepit die, Zachias in Quest. Medico-Legalibus d. l. n. 13. Item intra Biduum, Joseph. Mascardus. de Probat. Vol. 3. concl. 1079. n. 1. & Triduum decedentem, ex vulnere præsumi mortuum, ipsa natura id
15. comprobante, Baldus. d. Conf. 328. v. 2. Acharan. Consil. 283. n. 3. Alber. in L. Item Mela §. Celsus ad L. Aquil. Florian. in L. Ita Vulneratus. ff. d. t. Cœpoll. Consil. 61. Versic. item propter brevitatem temporis Anton. de Butr. in c. 2. de cleric. percuss. Francisc.

72
cisc. Ripa in *Tract. de Peste fol. mibi 82. n. 185.* Boff. in *Pract. Crim. de Homicid. n. 15. seqq.* cum vix dari possit morbus acutus, qui vulnere non ex culpâ vulneris superveniat, si 18.
tam brevi spatio hominem è medio tollat Zachias d. *Quest. V. ubi n. 13.* non solum hanc conclusionem pro verissimâ recipit, verum eandem etiam ampliandam, & ad *septimum* 19.
usq; diem extentendam esse sub jicit, eò quod, etiamsi non 20.
fit impossibile, perdifficile tamē videatur, intra hunc quoq; septem Dierum terminum tam acutum morbum, qui non ex vulnere procedat, irrepere, ut intra septimum non occidat, cum ut plurimū in vulneribus haud aspernandis, vel ex se vel ex arte, & aliquando ex utriusq; causâ statim in ipsâ vulneris acceptione, vel paulò post multum sanguinis evacuetur; ex quâ evacuatione non est dubium, retardari nullo pacto posse qualemcunq; imminentem acuti morbi impetum, præcipuè si anteqvam morbus se prodat, facta illa evacuatio fuerit; Ita cum non tam de breviori, de quo videri possunt A. Gell. in *Noct. Att. L. 3. c. 10.* Macrob. *Lib. 1. in Somn. Scipion. c. V.* Galen. de *Diebus Critic. cap. XI.* quam longiori *Dierum Criticorum* termino solliciti sumus, major incertitudo suboritur, de termino ad quem horum dierū, quo superato ex quorundam sententiâ ex vulnere vulnerato nullum mortis periculum imminet, nec, eo vitâ defuncto, vulnerans mortis supplicium subire cogitur. 22.

Quemadmodum autem in *dubio* vulneratus ex vulnere mortuus præsumitur, Joseph. Ludov. *Decis. Lucens. 6. Boër. Dec. 323.* Franc. Marc. *P. 2. quest. 779.* Gail. *2. O. III. Hypopol. sing. 218.* Bart. *Cons. 30. Vol. 2.* præprimis si intra modicum temporis fatis concesserit. Men. de *A. 1. q. 2. Cent. 3. Cas. 275. n. 2.* & quos ibi *plena manu in hanc sententiâ adducit Dares n. 20.* ita è diverso ex vulnere periisse in *dubio* non creditur, qui post longum tempus à die illati vulneris ex 24.
C hac

- hac vitæ statione discessit, Boër. *d. quest.* 323. n. 18. Abbas
in c. significasti n. 25. de Homicidio. Bald. *Conf.* 328. *Column.* 1.
vers. si vero quia lib. 2. Menoch. *d. l. n.* 7. Farinac. *quest.* 127. n.
 31. Gard. Zabarell. *n. 1. vers. Nota, quod ex prolixitate temporis*
 26. Anchoran. *Conf.* 283. *Grammat. Conf.* 2. n. 8. Cœpoll. *Conf.*
 40. n. 18. quâ in re quamvis pleriq; Criminalistarum con-
 27. veniant, tantum tamen abest, ut quod in proposito tem-
 pus longum dicatur, pari calculo aperiant, ut potius inter tot
 discrepantes opiniones nullam firmam ac certam eligere
 28. detur sententiam, Farin. *d. l. n.* 31. & 34. *in fin.* Enimvero
 aliqui vulnerato *Tertium Diem* ponunt *Criticum*, intra
 quem mortuum sicuti per *supra dicta* ex vulnere diem
 suū obiisse credunt, ita post illius decursum extinctum, vel
 ex malo regimine, vel negligentis aut imperiti Medici cul-
 pa vel alio Symptomate animam efflasse arbitrantur, quo-
 rum sententiam refert Carpz. *Pr. Crim. quest.* 26. n. 9. Me-
 noch. *de A. I. Q. Cas.* 275. n. 4. *Vid.* Florian. *in L. ait Lex. n. 3. vers.*
advertendum tamen ff. ad L. Aquil. Bart. in Tr. de Percuss. n. 2.
 Marian Socin. *in cap. Presbyterum n. 8. post princ. X. de Homi-*
cid. Cuman. Conf. 138. *Column. 2. Blanc. in Pr. Crim. P. 1. Defensi-*
onis §. 115. sic premissis n. 68. Plach. in Epit. delict. L. 1. c. 13. n. 22.
 29. *pr. Jacob. Ayrer. in Tr. de Homicidio P. 2. n. 52. & 53.*
 Alii neglecto *tertio die*, Angel. *in L. Un. C. De emend. servor.*
 Bald. *in L. ait lex. ff. ad L. Aquil. pr. ibiq.* Florian. *n. 3. & Fulgos. n.*
 2. *Bolognin Consil. 5. per tot Quintum Diem* ceu *Decreto-*
 30 *rium* attendi volunt, ut post illū mortuo vulnerato, vul-
 nerans extra capitis periculū sit, non, nisi de vulnere con-
 veniendus. Menoch. *d. l. n.* 2. *Prosper.* Farinac. *q. 127. n. 37.* Carpz.
d. l. Boër. *Decis.* 323. *sub num.* 11. *Jacob. Ayrer. de Tract. P. 2. n. 55.*
 31. Alii *Octavum* demum *Diem* infallibilem salutis aut im-
 minentis mortis notam vulnerato afferre autumant, ut
 eō

79
eō exactō vulnerans non habeat, cur capitalem Legis Cornelie de Sicariis sententiam tremebundus metuat, siquidem post octavi diei lapsum vulneratus non ex vulnere decessisse præsumatur, cui opinioni patrocinantur. Soc. in *Consil.* 198. *Column.* 1. *versic. tertio. hoc videtur probare, libr.* 2. *Et ab eo citati Dd. Cœpoll. Consil. 40. n. 19. vers. quadam iura dicere videntur. Vid. Farinac. d. 9. 127. n. 39.*

Alii rejecto etiam octavo die, Marsil. in *l. fin. n. 57. ff. ad L.* 32
Cornel. de Sicar. Et in Pract. Crim. S. quia n. 16. juncto Consilio
7 post n. 12. Florian. in *L. ait Lex. n. 3. ff. ad leg. Aquil.* Marian.
Socin. in *cap. 8. X. de Homicid. in pr.* Bologn: *Consil. 6. n. 2.*
Boëri: *d. Dec. 323. n. 11.* Carrer: in *Pr. Crim. in tertio Tract. de*
Homicid. S. 11. n. 10. folio mibi 180. Aretin: *Cons. Crim. Divers.*
58. n. 11. Tom. 3. ultimum *Dierum Criticorum* terminum
statuunt *Diem Decimum* vid. Dan: Classen: in *Comm. ad 33.*
Const. Crim. art. 147. ub. pr. hæc leguntur verba:
Quædam apud vulgus hominum enata est opinio, ac 34.
si, vulnerato post *Decimum Diem* supervivente, vulnerans
nec pro homicidâ haberi, nec capitaliter puniri possit, ideò
quod Vulnerans post *Dies Decretorios* seu *Criticos* die
Gefähr-Tage ut vocant, supervixerit.

Ab hac sententia divortium faciunt Angel. in *L. unic. C. de 35.*
emend. serv. August. in Addit ad Ang. quem sequitur Socyn: in
C. Presbyterum de Homicid. Gail: 2. Obs. III. n. 23. Et hunc Matth:
Steph: in *Comm. C. C. C. art. 147. in fin.* statuentes, cum ex
communi Medicorum asserto, quibus in dijudicanda vul- 36.
neris lethalitate, ceu hujus artis, quam edocti profitentur,
peritis artificibus. *L. Semel. 6. C. De re milit. L. Septimo 12. ff. De*
stat. hom. arg. l. 1. S. 1 ff. de Ventr. in spic. l. 12. Nemini S. 1. C. de
Advocat. divers. Jud. C. Fraternalitatis. De frigidis c. qui iudicante
X. De Prescripti. omnino fides habenda est, Bartol. in ff. Proæm.

37. *n. 8. Spec. Tit. De Probat S. fin. n. 25. Gail: 2. O. 11. n. 8. seq. Boër: in sepè citata Dec. 323. n. 21. Menoch: De A. I. 2. Cas. 275. n. 21. Stryk. De Jur. Sens. cap. 2. Diff: 1. n. 19. vid. supr. cap. 1. n. 0. Ultimus* **Dies Criticus** Vulnerum secundum *n. 37.* formam acutorum morborum fit **Dies Quadragesimus**, Marcell. Donat: *sua Histor. Medic. mirab. L. V. c. 4. Gvido de Cauliaco in sua Chirurgia Tit. de Vulneribus & solut. continuatis, cap. 1. fol. 7. in pr. referente Boërio d. l. n. 13. & Prosper. Farinac: quest. 127. n. 47. seq. Zachias supr. all. loc. n. 5. post Quadragesimum*

38 **â** vulneris accepti tempore **Diem** mortuum non præsumi ex vulnere decessisse: Cui opinioni præter supra allegatos Ddres ad stipulantur Cornel: *Consil: 194. n. 1. Column. 1. Cœpoll: Conf. 28. n. 17. Grammat. Conf. 49. n. versie: imò secundum Judicium Medicorum Blanch: in Pr. Crim. n. 1. fol. 136. Riminald. Sen: Conf. 251. n. 2. lib. 2. Plach: in Epist: Delict: L. 1. c. 13. p. 216. aliiq; quorum integrum Catalogum contexit Farinac: sæpe cit. loc. n. 46.* Quo in communi Medicorum Judicio, quamvis videri possit fuisse acquiescendum, tantum tamen abest, ut omnes mortis periculum hoc critico Die terminari voluerint, ut potius alii hunc terminum ad **Sexagesimum usque Diem** extenderint, ut intra illum mortuus adhuc ex vulnere periisse credatur. *Vid. Farinac d. l. n. 45. Blach. in Epist. delict. lib. 1. c. 13. n. 32. in fin. pr. fol. 216.*

40 **Carpz. Pr. Crim. P. 1. quest. 29. n. 16.** Imo alii nec hoc quidem termino contenti fuerint sed ulterius progressi **Criticum Diem** vulnerato posuerint **ultimum octavi mensis Diem** â tempore accepti vulneris, Quorum Antesignanū Johann. de Anan. *in c. 2. de Cleric percuss quem sequitur Bartolus. in Tract. de Percuss. n. 2. Marsil. in fin. n. 57. ff. ad L. Cornu de Sicar. Florian. in L. ait lex. ff. ad L. Aquil. Cornel. Conf. 164. n. 16. & 8. Bolognin. Conf. 5. n. 5. Cœpoll. Conf. 40. n. 19. aliiq; â Farinacio plenâ manu citati.* Alii

74
Alii rejectâ hac sententiâ, quæ nec Saly ceto in L. 1. in 41
fin. C. De emend. servor. Boërio Dec. 323. n. 11. Mascard: De Prob:
Concl. 1073. n. 4. Bajard: ad Clarum S. Homicidium n. 156. pla-
cuit, totius anni lapsum expectari voluerunt, ut demum 42
post ejus decursum vulnerans extra capitis periculum
constituatur. vid. Carpz: in Pr. Crim. supr. all. loc. & quos re-
fert Farinac: sæpiusq; citatus Menoch: De A. I. Q. Cas. 275. n. 2. &
Boër: Dec. 323. n. 11. ubi addit: id teste Barolo in tract: de Per-
cuss: n. 2. in fin. Blanch: in Pr. Crim: in P. 1. Defensiois n. 68. aliisq;
inibi citatis Dabus, procedere de jure Longobardorū n. 13.

Quibus tandē refragantur alii, præfata tempora nimis 43
angusta putantes & integrum Biennium constituentes
pro critico vulnerum termino, ut refert Glossa in verbo De 44
pulsâ C. de emend. servor. & ex illa Farinac: d. Q. 127. n. 44. ex q;
hoc Carpz: n. 44. Pr. Crim. P. 1. Q. 26. n. 19. in Fin. ut in tanto Jctor.
dissensu certam circa Dierum Criticorum terminum sen-
tentiam recte notante Zachia, in Quæst. Medic. leg. Lib. V. 45
tit. 2. quæst. 5. n. 2. & 6. eruere impossibile sit.

CAPUT III.

Exhibens veram de Diebus Criticis in q; Praxi crimi-
nali receptam sententiam.

SUMMARIA.

Ingressus	n. 1.	Si certò constet vulneratum ex
Ratio, cur certus vulnerum ter-		vulnere decessisse, non attenditur
minus Criticus dari non possit		criticus dierum terminus n. 5.
	n. 2.	Imò ne quidem mali regiminis
Diversitas vulnerum alium atq;		ratio habetur n. 6.
alium terminum sibi postulat		Si certò constet vulneratum ex
	n. 3.	Vulnere non fuisse mortuum,
	C 3	wul.

vulnerans sine omni temporis nec nondum de lethalitate vul-
neris certus sit, temporis spatium

n. 7. attendere debet n. 20.

si dubium sit an vulneratus ex vox aliquandiu & quamdiu
vulnere, an verò malo regimine non determinant certum tempo-
Et mortuus sit, iudicis arbitrii momentum, n. 21.

locus datur iudicare, an vulnus factus prudentior lege & superi-
lethale sit, necne. n. 9. & 10. or esse non debet n. 22.

Modò hoc iudicis arbitrium Me- Rationem, cur Imperator, iudi-
dicorum iudicio conforme sit cem respicere iubens quamdiu

n. 11. vulneratus supervixerit, certum

Iudex legum scientissimus, natu- temporis terminum non expres-
ram tamen particularium indi- serit, suppeditat n. 23.

viduorum, cuius respectus in sen- Hinc determinatio Iudicis ar-
tentià super vulneris lethalita- bitratui relinquitur n. 24.

te ferendà omninò habendus est, Terminus acutorum morborum
nunquam ut Medicus callere po- est quadragesimi diei, n. 26.

test, n. 12. Post quadragesimum diem in-
Cujus ratio additur in n. 13. dubio vulneratus non creditur ex

Inspectio Cadaveris occisi negle- vulnere decessisse n. 25.

ctis requisitis articuli 149. C.C.C. Cujus ratio additur, n. 27.

adhibito licet Medico, nullam Intra quadragesimum diem
tamen meretur fidem n. 15. mortuus non protenus ex vulne-

Cujus ratio additur n. 16. re periisse creditur, n. 28.

Deficientibus requisitis forma- Hinc nec vulnerans Homicidii
libus alicujus rei, res ipsa deficit, reus est n. 29.

n. 17. Sed extra ordinem puniendus
Quicquid ad solennitatem est n. 30.

alicujus actus requiritur, id ab Ex presumptionibus, etiam ur-
actu dividi nequit. n. 19. gentibus & indubitatis, nemo

Iudex, si ritè expedità inspectio- mortis damnandus est n. 31.

ne extra quasdam presumptio- Etiam si mille adsint indicia. n. 22.

Ius

75

*Jus nostrum magis favet reo, & Nil interest occidat quis, an cau-
 proclivius est, ad absolvendum, sam mortis praebeat n. 41.
 quàm ad condemnandum n. 33. Dans operã rei illicita, de eventu
 Melius est misericordia quàm etiam præter intentionem tene-
 sevitia reddere rationem n. 34. tur, n. 42.
 Favore de fenssonis in quantum Limitatio utriusq; regula habe-
 fieri potest, judex pro innocentia tur n. 43.
 rei laborare tenetur n. 36. Qua per accidens eveniunt ex
 Argumentum à contrariis de opere aliquo, non imputantur a-
 sumptū firmiter concludit, n. 38. genti ad malitiam nec ad boni-
 Hac regula limitatur n. 39. tatem, n. ult.*

Diximus in fine præcedanei capituli, nequaquam fieri
 posse ut certa in ultimo *Dierum Criticorum* termi-
 no statuendo in tantâ dissidentium copiâ formari sen-
 tentia possit. Enimverò tam multiplicem vulnerum diffe-
 rentiam, tam variam individuorum constitutionem &
 naturam, & tot infinita propè modum ab extrâ vulneribus
 accidentia advertunt Medici ut qui, unam eandemq; in o-
 mnibus vulneribus & indifferenter in uno quoque sub-
 jecto temporis assignare volet determinationem, nã, ille mor-
 borum vulnerumque varietatem; ob plures ab extra ac-
 cidentes causas eo ipso se ignorare turpiter fateri necesse
 habeat. Quem enim Medicorum fugit, alium terminum,
 assignandum esse in simplici capitis vulnere quod solam
 cutem cum modica cranii læsione violaverit, alium si
 cranium fissum, aut concussum cerebrum, alium si
 Meninges seu cerebri cooperientes membranas lacera-
 verit, alium si ad cerebri substantiam, alium si ad ventri-
 culos usque & intimiores partes penetraverit: Item a-
 lium si sinciput, alium verò si occiput læserit, cum in
 illo magis periculosa vulnera sint, & breviori tempore
 occidant, quam in hoc, quâ de re egregiè differit prælau-
 tus

datus Zachias. d. quest. 7. n. 10. Et quos allegat Hipp. de vul-
nerib. capit. in pr. Amat. Lusitan. Curat. Medic. Cent. 6. Cur-
4. ult. Cui accedit quod alium terminum requirant vulne-
ra capitis, alium pectoris, alium viscerum inferiorum, a-
lium magnorum articularum &c. ut cum hinc in infinitum
particularia variari contingat, variari etiam in infinitum
hos terminos, necesse sit: Ne tamen planè in incerto ver-
sari videamur, dubii, quam nam arripere oporteat senten-
tiam, pro feliciori hujus materiæ evolutione tres forma-
bimus Conclusiones.

5. Aut n. I. indubium est certòq; certò constat vulnere atq;
ex vulnere decessisse, quo casu non attento critico dierum
termino vulnerantem judicamus Legis Corneliæ de Si-
cariis reum, ut quod fecit, expectet, per L. 3. de Episc. Aud.
Farinac. Quest. 127. n. 33. Blanc. in Pr. Crim. 1. P. Defensionis
S. 11. sic pramissis n. 96. Conrad. in Pract. Rubr. De vulnerantib.
n. 16. Aegid. Boss: in Tit. de homicid. n. 115. in pr. Cœpoll. Conf.
61. n. 33. Guid: Pap: sing. 491. Petr: de Ravenna sing. 797. Bar-
tol. Conf. 36. Vol. 2. Arnold. Reyger: in Thes. locuplet. Voc. Ho-
miciidii Meyer in Coll: 1. Arg. Tit. 8. Lib. 48. n. 10. Carpz. Pr.
Crim. 9. 26. n. 26. ubi addit quod hoc casu, ne quidem malæ
curæ five regiminis vulnerati aliarumve qualitatum ac
6. circumstantiarum ratio haberi debeat, Bajard. ad Jul.
Clar. in d. §. Homicid. n. 157. Carrer. in Prax. Crim: n. 3. Tract.
De Homicid: §. 11. n. 9. Gail. 2. O. 101. n. 20. Et seq. Angel: De ma-
lesic. in verb. Sex intervallo n. 12. in fin. vers. si autem quis fuit
mortiferè vulneratus. Class. Const: Crim. art. 149.

7. II. Aut certò constat vulnere non fuisse mortuum;
quo casu vulnerans non de occiso, sed saltem de vulnere te-
netur, sine omni etiam temporis metâ. Farrinac. d. l. n. 33. ubi
hunc casum adeò clarum esse asserit, ut nil planè difficul-
tatis habere videatur Gandin. in tit. de Homicidio. n. 24. in pr.
ff. Et vers. si appareat de negligentia Bonifac. De Vitalit. in Tit.
de in-

76.
De insult. & percuss. n. 31. Socin. in Consil. 129. col. 2. & 3. lib. 2.
Dec. Consil. 415. n. 9. lib. 3. vers. finaliter in. Blanc. in Pr. Crim.
1. p. Defensionis d. §. 68. vers. secundum caput in. Nic. Boër. dec.
321. n. 17. & 20. adeoque vulnerans hoc casu gladii poenâ
puniri nequeat. Carpz. Pr. Crim. d. q. 26. n. 7. in fin. Clas-
sen. d. l.

III. Aut dubium est, an vulneratus ex vulnere, an vero ex cul- 9.
pâ Medici & Chirurgi, malo regimine, aut alio superveniente
Symptomate mortuus fuerit? Qui casus, sicuti majoris mo-
menti & difficultatis esse noscitur, ita duntaxat ad nostrum
propositum pertinet; Communis hic doctorum sententia
est: Omnem hanc rem iudicis arbitrio committi, qui & de- 10.
vulneris lethalitate & *Dierum Criticorum* termino ju-
dicare debeat. Zachias d. l. n. 8. Farinac. qv. 127. n. 48. Flo-
rian. in L. An. Lex. n. 4. ff. Ad L. Aquil. Marian Socin. in C. Pres-
byterum n. 8. post. medium. Anton. De Butr. in c. 2. n. 2. vers.
Hoc credo arbitrarium. De Cleric. percuss. Riminald. Sen. Consil:
281. n. 2. L. 2. ubi de communi Praxi testatur. Plach. in Epit. De- 11.
liet. L. 1. c. 13. n. 6., ubi hanc sententiam communi Ddrum
consensu receptam esse docet, cui jungi poterit Farinac.
Menoch: Mascard: & Boër. super cit. locis. Cui sententiæ
& nos calculum nostrum adjicimus, modò arbitrium ju-
dicis non planè liberum sit, sed Medicorum & Chirurgo-
rum, secundum CCC. art. 147. & 149. hoc casu necessariò
adhibendorum iudicio conforme, vid. Farinac. d. quest.
127. Quamquam enim iudex legum scientissimus fuerit, 12.
& exquisitè, quantum ad Jctum pertinet, verba sunt Za-
chia, sup. all. loc. n. 9. de temporis conditione determina-
re noverit, naturam tamen particularium individuorum,
cujus respectus habendus in sententiâ, nunquam ut Me-
dicus callere poterit. Nam contingit, juxta illorum in- 13.
dividuorum naturam, mortis aut salutis, periculi aut secu-
ritatis

D

ritatis

- ritatis terminos variari, neque solum corporum particularium naturas, sed partium quoque vulneratarum adhibere in iudicio oportet, quod nulla ratione per se iudex sine Medicorum ope determinare valet. Hos ergo in casu
14. dubio *per verba art. 147. CCC. also daß Zweifellich wäre* iudex adhibere debet, secundum formam tamen in *art.*
 15. *149. CCC. præscriptam*, usque adeo, ut si neglectis secundum d. Articuli tenorem requisitis inspectio cadaveris occisi, adhibito licet Medico, expediatur, relationi illorum
 16. iudex fidem habere non teneatur: Prædicta enim requisita ad formam inspectionis requiruntur, *Carpz. in Pr. Crim. q. 26 n. 49.* deficientibus autem formalibus alicujus
 18. rei requisitis res ipsa deficit, cum forma det esse rei, & quicquid ad solennitatem alicujus rei exigitur, id ab actu dividi
 18. & separari nequit. *L. cum antiquitas 28. C. De testamentis L. 8. §.*
 19. *17 De Transact. Jason: in L. 1. n. 25. ff. Delib. & postb. Boer. Dec. 1. n. 44. Bald. in c. 1. col. 1. Tit. De alien. feud. Andr. Tiraquell. De LLbus. Connub. gloss. 6. n. 4.* De hisce autem requisitis *capite*
 20. *insequenti pluribus acturi sumus.* Hinc in terim sollicitis
Annon, si risè expedità inspectione, extra conjecturas quasdam & presumptiones à Medicis suppeditatas, iudici, ne tum quidem de lethaliitate Vulneris ceriò constare possit, certum temporis spatium eundem advertere oporteat? Et tempus hic utique in considerationem venire debere eò minus dubitanti asserere sustinens calamo, quo evidentius id voluisse videtur gloriosissimæ memoriæ Imperator, Carolus V. in Const. Crim. art. 147. quando docet: Vulnerato post aliquod dierum spatium mortuo & dubio incidente numquid ex vulnere mortuus sit nec ne, ab utraqve parte testimonia producenda, præprimis Chirurgorum & Medicorum perhibentium qualiter mortuus post vulnerationē se gesserit, & quamdiu supervixerit. Ex quibus verbis
(1) liquet

77
(1) liquet, Imperatorem loqui de casu dubio. ubi nec constat certo vulneratum ex vulnere decessisse, nec liquido affirmare tamen liceat, eum ex vulnere periisse per verba: **Also daßzweiffelich wäre/ob er der gellagte Streich halber gestorben wäre/oder nicht.** adeoq; hunc articulum aperte convenire cum proposito nostro casu (2) De tali casu, quo non statim a vulneris accepti tempore, sed ex interstitio dierum mortuus est vulneratus, per verba: **So einer geschlagen wird/und über eglichezeit darnach stürbe.** (3.) Et hoc casu velle, ut in specie testimonia afferantur, quamdiu vulneratus post vulnerationem supervixerit, per verba **mit Bezeugung/wie lange der Gestorbene nach den Streichen gelebet hat:** indicio firmissimo, etiam *ex tempore* iudicium ferendum esse, nunquid vulneratus ex accepto vulnere mortuus sit nec ne. *vid.* Daniel Classen *ad d. art. Const. Crim. verb. Quamdiu post acceptum vulnus* Sc. Stephan. *ad. Const. Crim. d. art. in fin.* Cum autem vox *aliquandiu*, **¶** *quamdiu* non certum aliquod temporis momentum determinet, nec ipse etiam Imperator hic nominatim de certo dierum termino caveat, æquè dubius manet iudex ad tempus respicere iustus, quot numero dies pro dijudicandâ vulneris lethalitate attendere ipsum oporteat. Et sanè ubi lex non determinat, nec nostrum est determinare, utpote qui lege prudentiores & superiores esse non debemus. Classen *in di. Et. Comm. ad Const. Crim. art. 41. p. 83.* Benè enim advertit Divus imperator, variante in infinitum individuorum constitutione, vulnerum qualitate & causâ ab extra adveniente, variari etiam in infinitum vulnerum & lethalitatis terminos, ut omnibus unus idemq; poni **Dies Criticus** certa arte neutiquam possit, ut hinc & dierum consideratio iudicis arbitrio, cui in dubio per regulam generalem locus dari debet, *arg. L. 7. 10. §. De question. relinquenda sit*
D 2 con-

- conformando Medicorum relationi, cum certum sit hoc
judicium per sepius dicta potius ad Medicam artem, quam
legalem pertinere scientiam. Farinac. *qvæst.* 27. n. 50. p. 302.
Classen *ad CCC. art.* 149. p. 644. n. 4. quod si tamen Conje-
25. ctura quædam ex tempore inter vulnus & mortem desumi
possit, non usq; adeo protervè refragabimur excellentissi-
mo Zachia in *qvæst. Medii. Legal. L. 5. Tit. 2. qv. 5. n. 11.* asse-
26. renti; Terminum acutorum morborum, qvi ex commu-
ni medicorum judicio *supr. Cap. 2. n. 0.* allato, regulariter est
quadragesimus dies in vulneribus lethalibus & periculo
proximis præ ceteris videri acceptandum *Cons. Hippo.*
cratem in Coacis Lib. de capit. vuln. § 4. popul. ut sc. in dubio
transacto hoc termino non præsumatur ex vulnere mor-
tuus vulneratus, cum conjectura, quæ in illo, qvi pau-
27. cis à vulnere diebus decedit, ab evidentia causæ & vul-
neris, quæ influit in futuram mortem, conjuncta cum suffi-
cientiâ ejusdem causæ, desumitur, hîc deficiat, neque
tam promptè influat in mortem, præterquam quod in di-
uturniori tempore verisimilius fit novam irrepsisse
causam, quam in breviori, cum & plura ab extra irru-
ant, & ipsi ægrotantes tædio ducti facilius in aliquem la-
bantur errorem, ex quo mortis causa subsequi possit.
28. Hoc tamen ita cum prælaudato Zachia accipi nolo, quasi
ê diverso *intra quadragesimum Diem* mortuus, ex vul-
nere periüsse credatur, sicq; vulnerans, quâ Sicarius mortis
supplicium subire cogatur; Enimverò licet quidem am-
29. babus largiamur, vulneratum brevi à vulnere tempore
decedentem in dubio potius ex vulnere, quam aliâ mor-
tuum esse causâ per dicta *supr. c. 2. n. 0.* sicque ceteris pari-
bus, mortis damnari posse vulnerantem; attamen id ad
quadragesimum usque diem extendi posse, ut infra illum,
vulnerato vitâ defuncto ex præsumtionibus saltem &
conje.

conjecturis quibusdam vulnerans ad capitale trahi possit
supplicium, non audemus affirmare, quin potius hoc ca-
su vulnerantem saltem extra ordinem puniendum esse,
audacter asserimus, quia (1) expediti juris est, quod ad 30
condemnationem in criminalibus requirantur probati-
ones luce meridianâ clariores, uti loquitur Imperator in
notabili *ult. C. De Probationibus L. 14. C. De Accusat. inibi que*
Brunnem. L. 16. C. De Pœnis August. Berous. Consf. 193. Vol. 3. 31
per tot. fol. mibi 545. (2.) hinc nemo ex præsumptionibus
quantumcunque urgentibus & indubitatis ad mortis
pœnam damnandus *Const. Car. V. 22. verbis Esist auch*
zu mercken / inibi que Classen & Manz. d. L. uli. & ad illam
Brunn. in Comm. Cod. in fin. Stryk. in elegantiss. tractat. De
jur. sens. Diss. 1. Cap. 3. n. 124. Bronchorst. Cent. 2. Miscellan.
Controvers. assert. 61. Joh. Grevius. in Tr. de Tortura Lib.
1. c. 4. p. 69. Joh. Grivellus Decis. Senatus Dolani, 93. fol. 250.
Fachin. L. 1. controvers. cap. 20. Hunn. in Resolut. ad Trentl. Vol.
2. D. 31. Tb. 5. quæst. 34. p. 17. Carpz. Pr. Crim. P. 1. q. 15. n. 49.
Harpr. in Comm. J. ad S. 5. J. de Publ. Jud. n. 102. Etiam si mille
adsint indicia, Farinac. quæst. 86. n. 78. Wesembec. variis 32
in locis, sed extra ordinem puniendus sit. Menoch. l. 1. De
Præsumpt. 97. n. 23. seqq. & de A. I. 2. Cas. 279. n. 4. Gomez. T.
3. Resol. c. 12. n. 25. Tiraqv. De pœn. tempor. Consf. 27. Farinac.
d. l. Hippol. Rimin. Consil. n. 121. n. 25. lib. 2. Carpz. P. 1. qv. 26.
n. 28. Jacob. Butrio ad L. fin. C. De Prob. ubi dicit: Quod, u-
bicumque possibile est, rem aliter se habere posse, non ste-
tur indicis ac præsumptionibus, ut ex his iudex ad pœnâ
mortis procedere possit. jung. Emericus à Rosbach, Tit. 5.
c. 1. n. 23. p. 526. Process. Crim. (3) jura nostra in dubio. Brunnem.
ad L. Arrianus 47. ff. De O. & A. magis faveant reo & proclivio- 33
ra sint ad absolvendum, quam ad condemnandum. Arri-
anus L. 47. ff. De O. & A. cum melius sit misericordiæ, quam 34

D 3

lavi;

5. *ſævitix reddere rationem C. allegant. 26. qvæſt. ſin. & ſatius nocentem dimittere, qvam innocentem plectere, L. Abſentem 5. ff. De Pœnis inibi qvæ Brunnem. vid. Grævæus ad Gail. 2. Obſ. III. n. 3. p. 320. ubi docet: Si dubium fuerit vulnere ſe indifferentem cum ad ſalutem, tum ad mortem habente, an vulnus lethale fuerit, nec ne, in meliorem partem præſumendum, & ita vulnus inſiſtum pro lethali habendū non eſſe, Claſſen. ſupr. all. loc. p. 634. & in terminis Carpz. P. 1. q. 26. n. 28. Hiſce accedit (4) favor deſenſionis, qvitan- tus eſt, ut etiam iudex in quantum fieri poſſit, pro inno- centiâ Rei laborare teneatur, Carpz. P. 1. q. 33. n. 8.*
37. Cui ſententiæ non obſtat (1.) qvod ſupra n. O. huius capi- tis dictum ſit: Qvod ſi vulneratus poſt qvadrageſimum moriatur diem in dubio non ex vulnere præſumatur de- ceſſiſſe, nec propterea mortis reus ſit, Ergo è diverſo in- fallibiliter inferendum ſit: Si infra 40. moriatur diem, in dubio præſumatur ex vulnere deceſſiſſe, hincq; vulnerans capitis reus ſit: argumento à contrariis ſumpto firmiter concludente. L. 1. in pr. ff. De off. ejus. cui mandat. eſt juris- dict. inibi q; Gothofr. Lit. C. Angel. in §. Noviſſimè J. de Sct. Orſic. Harpr. ad pr. J. De Hered. qvæ ab inſtat. n. 340. item ad Tit. De autb. Tut. §. 2. n. 11. & ad §. II. De Nupt. n. 119. Ever- hard à Mildenburg in Loc. arg. Leg. 19. n. 4. Reſpondendum enim eſt, Neg. conſequentiam. Ad regulam allatam Re- ſpondemus ex eod. Everard. all. loc. qvod valeat, niſi ab- ſurditas juris inde ſeqvatur. Coraſ. Lib. V. Miſcell. jur. Civ. c. 9. n. 9. Regner. Sixtin. Conſil. Marpurg. 9. n. 84. Vol. 2. D. Mun- dius in Comm. De diffamat. c. 2. §. 3. n. 90. ſeq. Harpr. ad §. 3. J. De J. & I. n. 17. & ad Tit. De hiſ qvi ſui vel alieni Jur. ſunt. n. 25. qvam evitare non poteſt contrarium aſſerens, cum contra L. ſin. C. De Probat. teneretur admittere, etiam in criminalib; aliqve ex præſumptionibus, quæ probationibus luce meri- dianâ

dianâ clarioribus opponuntur, ad mortē damnari posse. 40

Nec obstat (2) quod vulnerans vulnerando aliquem, mortis causam præbeat, absq; dubio enim, vulnere non inflicto vulneratus neq; ex culpâ Medici, neq; malo regimine fuisset mortuus. At nil intersit, occidat quis, an causam mortis præbeat, *L. Nil interest. ff. Ad L. Cornel. De Sicar.* Brunn. *d. l. Carpz. q. 4. n. 9.* Farin. *q. 135.* Clar. *§. fin. q. 98.* Anton. Matth. *ad Tit. ff. Ad L. Corn. de Sicar. n. 3.* & danti operam rei illicitæ imputari debeat quicquid fuerit præter eius intentionem ex eo actu secutum. *L. Quoniam multa 6. C. Ad L. Jul. de Vi publ. in ibiq. Dd. & Brunn Resp.* enim est cum Carpz. *Pr. Crim. q. 26. P. 1. n. 12.* Hoc verum esse si mors ex causa immediata sequatur i.e. ut ipse se explicat, *ex ipso* 43

vulnere immediatè non etiam per accidens ex superveniente malo regimine aut culpâ, vel negligentia Medici, cum allegati textus tantum procedant, quantum ad subiectum, circa quod versatur ipsa malitiâ illicitè operantis, & quantum ad ea, quæ objecto per se ac immediatè junguntur, aut necessario sequuntur, non autem quoad illa, quæ per accidens oriuntur, à re illâ malâ, cui opera datur, quia illa quæ per accidens eveniunt ex opere aliquo, non imputantur agenti, nec ad malitiam, nec ad bonitatem. Covarr. *ad Clem. V. De Homicid. secund. Prælect. in §. 1. n. 1.* 44

CAP. IV. seu ULTIMUM.

Exhibens formam inquirendi in occisi vulneris letalitate, ad ductum art. 149. CCC.

SUMMARIA.

Ingressus *n. 1. Carol. V. expediri debet n. 2.*
Inspectio cadaveris occisi *Est tanta necessitatis, ut illa ordum formâ art. 149. Const. Crim. missâ vel non legitime expeditâ*
Judex

Judex ad mortis pœnam pro-	gredi non possit	n. 3.	Factorum dissensio	n. 23.
Verba articuli 149.		n. 6.	Chirurgi hodiè m. veniunt no-	n. 24.
Modum inspiciendi vulneris in	compendio exhibet	n. 7.	Debent autem ad minimũ duo	adhberi Chirurgi & Medic. n. 25.
Ad inspectionis actũ judicis pre-	sentiã primò opus est.	n. 9.	Cuius rationem vide	n. 26.
Cujus ratio datur	n. 10. seqq.		Limitationem verò	n. 27.
Inspectio corporis occisi est pars	neccessaria inquisitionis	n. 11.	& Ampliationem	n. 28.
An inspectio in adibus privatis	fieri possit & propterea actus iu-	dicialis esse desinat?	n. 12.	Si duo adhibiti Medici de quali-
Judicialiter & illud fieri dicitur	quod sit auctoritate Judicis, licet	extra judicii locum	n. 13.	Si autem dubium sit, quis illo-
Secundò ad inspectionis actum	requiruntur duo Scabini & Actu-	arius,	n. 14.	rum doctiore
Solus judex absq. Scabinis judi-	cium non constituit	n. 15.	Si Collegium Medicorum dubi-	detur, semper judex cautè im-
Adèò ut sine illis judex ad pœnã	ordinariã devenire nõ possit	16.	quod acta sunt transmissa	n. 34.
Tertiò requiruntur Chirurgi &	Medici	n. 18.	Si plurium Medicorum copia	detur, semper judex cautè im-
Nomine Chirurgorum m. veni-	unt Medici	n. 19.	Chirurgi & Medici minus le-	gittimè sine prævio juramento
Appellatione Chirurgorum an	veniant Barbitonsores?	n. 20.	adhibentur	n. 38.
Affirmat id Carpzovius.	n. 21.		Ratio hujus sententiæ genera-	lis
Negat id Strykius.	n. 22.		Et Specialis	n. 40.
Conciliatur apparens horum			Limitatur sententia quoad Me-	dicos.
			Etiam quoad Chirurcos	n. 42.
			Ratio limitationis	n. 44.
			Ampli-	

Ampliatio n. 45. tum exacta consideratio. n. 6.
 Limitatio ampliacionis n. 46. Expedi aliquando telum, quod
 Consultum est, Medicos prestiti vulnus datum, vulneri applica-
 sub officij initium iurisdictione. n. 61.
 in inspectionis actu ad moneri à Telo, quod vulneri respondet,
 iudice. n. 47. praesumitur vulnus inflatum. n. 62.
 In Praxi Medici non precise Tertio, certa assertio vel de le-
 jurant ante inspectionis actu 48. tualitate l. nec - lethali-
 An autem Medici credulitatis neris. n. 63.
 an verò Veritatis prestent iura- Quarto, ratio assertionis. n. 64.
 mentum, per distinctionem ex- Testis sine ratione deponens, ut
 peditur. n. 49. pecus deponit. n. 65.
 Cujus ratio additur n. 50. Cadaver occisi inspicere debet
 Sententia iuxta Medicorum ju- ante sepulturam. n. 67.
 dicialia lata, semper retractari Cujus ratio additur n. 68.
 potest, nec excludit probationem Si vulneratus post aliquod dies
 contrarij. 52. seqq. mortuus, sine inspectione terre
 Non tamen ultra duas vices ju- mandetur, iterum effodi debet.
 dici licebit sententiam retra- n. 69.
 ctare. n. 55. Si lethiferis armis casus in con-
 Medicos oportet curate cadaver tinenti moriatur, neglectaq; in-
 occisi inspicere. n. 56. spectione inbumetur, nec effodē
 Non permittendum Chirurgis debet, nec vulnerans ab ordina-
 ante occisionem, stylo vel in- rià poenā liberabitur. n. 70. seqq.
 strumento ferreo vulnorum pro- Regula; Ex praesumptionibus ne-
 funditatem scrutari. n. 57. minem mortis damnandū esse
 Non sufficit sola styli immissio & limitatur. n. 73.
 per illum facta exploratio, sed Non est licitum oculari inspectio-
 sectio accedat, necesse est. n. 58. ni renunciare n. 73.
 Ad legitimam inspectionem re- Cujus ratio apponitur num-
 quiritur primò Sectio. n. 59. penult.
 Secundo Vulnorum & qualita- Exitus. n. ult.
 E Res

- R**ecordamur præcedenti dictum esse capite: Si dubium sit, an vulneratus ex inflictio vulnere, nec ne, mortuus sit, plurimum tribui arbitrio iudicis conformando Medicorum relationi; Ne autem hic iudex in cautè impingat in Constitutionem Imperialem, secundum cujus formam
2. inspectio cadaveris occisi & di iudicatio vulneris lethalis expediri ac institui debet, non abs re visum est, articulum
 3. 149. Constitutionum Crimin. Caroli. Vti, juxta tenorem Originalis textus germanici, Classen. *Ad Const. Crim. Proæm.* huc apponere, practicèq; evolvere, præprimis, cum hæc inspectio tantæ necessitatis sit, ut si ea omiſsa fuerit, vel non legitime facta, ad pœnam ultimi supplicii haud possit deveniri. Stryk. *in Tr. De Jur. Sens. Disp. 1. Cap. 3. n. 21. ubi edd. n. 2.* ex hæcenus dictis infert: Quod, si inspectio quidem instituta, sed remoto Medico aut Chirurgo, aliorum testimonio non credatur, etiam si vulnus lethale, dicant, quia non est legitime facta inspectio, sc. *secundum art. 149. CCC.* juxta cujus tenorem requiritur ante omnia præsentia Medici & Chirurgi, quod tamen limitat *n. 22. & n. 23.* & porro concludit ex Johan. Benardin. Muscatell. *Tr. De Cognit. delict.* Rubr. *De Vulnerib. lethalib. n. 16. p. mibi. 241. 30.* Quod si planè inspectio cadaveris fuerit neglecta, pœna saltem, extraordinaria infligenda sit vulneranti, quia delicti corpus dubium est. Carpzov. *Pr. Crim. P. 190. 26. n. 52. & 22.* Jodoc. Damhauder. *Pr. Crim. c. 75. n. 1. seqq.* Clar. *Lib. 5. Recepti sent. §. fin. qd. 55. n. 11.* Verba textus hæc sunt:
 6. Und damit dann in obgemeldten Fällen gebührliche Ermessung und Erkenntnuß solcher unterschiedlichen Verwundung halber nach der Begräbnuß des Entleibten desto minder mangel sey / soll der Richter / samt zweyen Schoppen dem Gerichts Schreiber / uñ einem oder mehr Wundt Arzten / (so man die haben und solches geschehen kan) die dann zuvor

zuvor dazu beeidiget werden sollen / denselben todten Körper
vorder Begräbnis mit Fleiß besichtigen und dan seine
empfangene Wunden / Schläge / aufwürffe. wie der jedes funden
und ermessen würde / mit Fleiß merken und verzeignen lassen.

Ex hac Caroli V. Constitutione modus inspiciendi vul- 7.
nus eluceffit, quod videlicet *Personarum* deinde & *Cir-*
cumstantiarum, nec non *Temporis* sit habenda ratio,
Vid. Stryk. supr. all. Tract. De Jur. sens. Disp. 1. C. 11. n. 18.

Inter *Personas* *Inspicientes* primò loco ponitur *Judex*, 8.
cum *duobus Scabinis* & *Actuario*. per verba: So soll der
Richter / sampt zweyen **Schopsen** / dem **Gerichts**
Schreiber &c. *Judicis* utiqve necessaria est præsentia (1) 9.
ad evitandam fraudem & subornationis suspicionem. *Brun.*
Porcess. Crim. c. 7. §. 19. Gravetta. Consil. 31. n. 5. Hieron. Schurff.
Consil. 69. n. 8. Centur. 2. Jason. in L. omnium 19. C. De testa-
mentis. n. 15. Ne Medici aut Chirurghi factâ inspectione re-
motò Judice, in favorem Rei vel Cognatorum aut Familiæ
occisi deponant Stryk. Di. Tr. De Jure sens. Disp. 1. C. 2. n. 18. 10.
Bajard. ad Clar. in Praet. §. homicidium n. 161. Carpz. Pr. Crim.
P. 1. q. 26. n. 31. (2) Ut Judex, quoniam ex his sententiam
ferre tenetur, eâqve reum absolvere vel condemnare, hac
omnium commodissimâ viâ, si ipse inspiciat, de ipso facto
accuratissimam consequatur cognitionem. Dn. Strykius 11.
proximè all. loc. & (3) quia inspectio corporis occisi est pars
necessaria inquisitionis: Inquisitio autem actus Judici-
alis, qui non nisi auctoritate Judicis absolvitur. Carpz. d. l. n. 12.
30. Stryk. d. c. 2. n. 18. Non obstante, quod inspectio sæpè in do-
mo privati & ita extra locū judicii peragatur. Resp. enim
est: Judicialiter & illud dici fieri, quod fit auctoritate judicis,
licet extra judicii locum. Classen. Ad Art. 149. p. 643. Wes. 13.
Vol. 1. Consil. 28. n. 24. p. 804. Sin Comm. ff. Tit. Qui test. fac.
possunt. n. 10. Jason. in L. 15. C. De Edendo n. 4. Baldus in L. illud
quod. 16. C. De SS. Eccl. n. 5. Carpz. d. l. n. 30 Non

14. Non solus autem Judex, sed secundo & Duo ad minimum Scabini cum Actuario inspectionis actui adesse debent: Illi, quod solus judex absque Scabinis
15. judicium non constituat. Classen *d.l. Stryk. c. 2. d. Tr. n. 18. Wefenb. ad Schneidevv. 7. Tit. De Test: ord: Rubr: De solenn.*
16. *test. n. 17. lit: F. Carpz. all: loc. n. 32.* adeo, ut inspectione solo Judice absque Scabinis facta, ad pœnam homicidii ordinariam deveniri nequeat: Qualiter responsum est, in Schabinat u Lipsi; cujus huc appofuisse verba ex. Carpz. *d. l. n. 32.* non pœnitebit: **So mag doch inqvifit, nach Gelegenheit dieses Falles / weiln mit der Besichtigung / wie sich vermöge Keyser Carls des 7. und des 8. Reichs Pœnlicher Halsgerichts-Ordnung gebühret / nicht verfahren / indem nicht zwei Schöpffen und Gerichts-Schreiber / sondern allein der Land-Richter darbey gewesen / mit der ordentlichen Straffe / des Todschlages nicht belegen werden etc.** Hic verò, quò fideliter consignet vulnera, ictus, aliæque Symptomata.
- 17.
- 18.
19. Tertio ad Personas inspicientes referuntur, Chirurghi five Medici, qui hæc in parte confunduntur *L. 1. §. Medicos 3. ff. De Extraord. Cognit. Gail. L. 2. c. 10. III. n. 2. Casp. Klock. Vol. 1. Conf. 10. n. 478. Stryk: d. l. n. 19. Classen. ad art. 137. C. C. C. p. 634.* Ratio: Quia illorū est de vulneris qualitate suæ arti conforme ferre judicium. Foller. *in Pr. Crim. in verb. capiat. informationem. n. 4. 29. & 30. Gandin: in Tit. De Homicidio n. 26. in fin. Fulvius Pacian. L. 1. c. 47. n. 14. fol. 228. De Probat.*
20. An autem appellatione Chirurgorum **der Wund-Aerzte** / ut loquitur Imperator *in nostro artic.* veniant Barbifonfores, **die Barbierer** / disqviritur? Quod affirmat Carpz. *P. I. q. 26. n. 36.* ubi docet: Et horum judicio de lethaltate vulneris standum esse; cui adstipulantur Boër. *Dec. 323. n. 20. Carrer. in Pract. d. §. 11. n. 19. Farinac. qv. 127. n. 105. illamq; com.*
- 21.

92

communem esse opinionem testatur Jul. Clar. in §. Ho-
micidium, n. 34. Gail. 2. O. III. n. 12. Bérzaz. Consil. 85. n. 26.
in fin. Mascard. de Probat. Concl. 1034. n. 11. Negat verò Ex- 22.
cell. Stryk. d. Tract. De Jur. Sens. c. 2. n. 19. ubi docet: Non e-
nim nudi *Barbitonsores* in hoc articulo intelliguntur, sed e-
jusmodi saltem Chirurghi, qui in anatomiam versatissimi
constitutionem humani corporis probe norint. Verum
nulla inter *Magnif. Dn. Strykium & Carpozodium* pugna est: 23.
Dum enim hic notanter addit: modo sint *periti & rationem*
judicii sui dare queant, ille verò utitur additamento notabi-
li: *Nudi*. Hæc utriusq; mens est: quod illi qui barbam
duntaxat radunt, scientiæ anatomicæ imperiti, nec consti-
tutionem humani corporis exactè edocti (quales in Gal-
lia benè multos dari constat ex illorum præprimis ordi-
ne, qui peregrinantibus & aliquâ dignitate conspicuis, aut
bonis abundantibus hominibus à famulatio esse discipi-
ant) inspectioni adhiberi non possint, nec debeant, benè
verò, qui curatâ anatomiae cognitione præmuniti ad di-
judicandam vulnerum qualitatem adhibentur, licet & hi
nomine *der Barbierer* hodiè veniant, cum ut plurimum
simul pecuniâ conducti tondeant, ac tonstrinâ exerceant. 24.

Circa Medicos autem & Chirurghos primò notandum:
Quod regulariter *ad minimum Duo* adhiberi inspectionis 25.
actui debeant, Hippolit. de Marfil; in L. fin. n. 60. ff. ad L. Cor-
nel. de Sicar. Gandin. *supr. cit. loc. n. 26. in fin.* Gomez. *var.*
Resol. Tom. 3. c. 3. n. 28. Mascard. de Probat. Concl. 1034. Vol. 2.
n. 22. Ratio: Quia duorum judicium partim exactius, 26.
altero fortean observante, quod alter negligit; partim
etiam magis integrum, & ab omni affectu remotum seu
sincerius habetur. Classen *ad CC. art. 147. p. 634.* Quod ta-
men ipse limitat Imperator in *nostro art. 149.* modo duorū
copia detur, verb: *So man die haben und solches geschehen* 27.

E 3

fau/

- tan/adeo ut si in loco, ubi quis vulneratus est, non nisi u-
nicus reperiat Medici vel Chirurgus, sufficiat eum so-
lum adhiberi ad iudicandum & referendum *d. art. 149. Ei-
nen oder mehr Wundärzte Nic. Boër. Dec. 323. n. 23. Fulvius
Pacian. de Probat. lib. 1. c. 47. n. 34. seqq. Stryk. supr. cit. loc.
n. 21. ubi addit: Id multo magis obtinere, si sit ejusmodi Me-*
28. *dicus vel Chirurgus, qui propter singularem experienci-
am, & communem civium curã â Senatu receptus publi-
co salario gaudet, quorum illum Stadt-Physicum, hunc
vero Rahts-Barbierer appellare solemus. jung. ab eo cita-
tus Gail. O. III. n. 6. & proxime allegatus Mascard. d. l. Conf.
Bart. in L. i. ff. De Ventr. inspic.*
29. *Quod autem de uno Medico, vel Chirurgo dictum est,
id limitat Classen; ad art. 147. CC. Modò hic sui iudicii cau-
sas reddere valeat; alias, si adhuc dubitetur, circumstan-
tiã tamen & qualitates vulneris probè sint annotatæ, o-
porteat Collegium peritorum Medicorum prius consulere,
ut ipsi de vulneris lethalitate, iudicium communi Fa-
cultatis suæ suffragio ferant, quod postmodum iudex in
dijudicanda causa criminali tuto sequi potest & debet.*
30. *Quid, si autem duo adhibiti Medici de qualitate Vulneris dis-
sentiant, cuiusnam tunc iudex iudicio stabit? Resp. Standum
esse iudicio peritoris. Stryk: d. l. c. 2. n. 21. Ratio. Quia ubi*
31. *periti discordant, semper peritori standum. Mascard. Vol.
3. Concl. 1175. Bald. in Proëm. ff. 2. Column. vers. quid si discor-
dant Ruland: de Commissar. P. 1. L. 4. c. 15. lit. M. Sed si*
32. *dubium sit quis illorum majori peritia polleat? Boërius
putat contra vulnerantem pronunciandum esse, Dec: 323.
n. 21. Tusch: pract. Concl. Tom. 6. Lit. P. Concl. 286. n. 9. Clas-*
33. *senius verò hoc casu vult, relationem priorum Medicorũ
ad aliud Collegium Medicorum peritorum transmitten-
da m esse, cuius tunc iudicio iudex stare debet, ad art. CC.*

149. p. 645. Cui & nos accedimus. Sed si & illud dubitet?
Hoc casu subscribimus sententiæ Carpz. *Pr. Crim. Pr. 1. qv. 35.*
26. n. 28. statuentis: iudicem magis suæ conscientiæ consu-
lere, si extraordinariam hoc dubio in casu pœnam elegerit
vid. supr. c. 3. n. o. jung. Stryk. c. 3. d. Tr. n. 20. ubi hanc ad-
dit cautelam: Ut, si plurium Medicorum copia haberi pos-
sit, iudex in æqualem illorum numerum adhibeat, ubi plu-
rium sententiam sequi dabitur. Ratio: Quia imparibus
suffragiis res facilius dijudicatur, *c. 5. si quis Episcopus 6. qv. 36.*
4. quam etiam fuisse rationē probabiliter colligit Classen. *37.*
in Comm. Const. Crim. cur Imperator Carolus V. in simili judi-
cium criminale constitui voluerit ex septem Assessoribus
in Art. 84. verb. Wo dan dasselbige Gericht nicht unter sieben. 38
Deinde circa Medicos & Chirurgos observandum
est, eos sine prævio juramento, minus legitimè ad inspe-
ctionem vulneris & iudicium desuper ferendum admitti.
per verba *Art. nostri die dann zuvor darzu beeidiget werden*
sollen / Ratio generalis est: Quod indubitati juris sit, peritis 39
in unaquâq; arte, scientiâ, & disciplinâ adeoq; in omni ne-
gotio, verba sunt Carpz. *P. 1. Pr. Crim. q. 26. n. 38.* non aliter
fides habeatur, quam si sub fide juramenti judicaverint.
Felin. in cap. qvia judicante 9. in pr. X. de Prescript. Jacob
Schultz ad Modest. Pistor. P. 4. qv. 142. n. 11. Ratio specia-
lis: Quod relatio Medicorum fundamentum sit sententiæ 40
iudicis vel absolutoriæ vel condemnatoriæ; cum ergo
tanti præiudicii res sit, Medicis absq; Juramento non cre-
ditur, suspicione, quod, in favorem partis de vulnere judi-
caverint, hoc casu locum non inveniunt. *Johann. Bernar-*
din. Muscatell. Tr. De Cognis. Delict. Rubr. De Vulnerib. lethali-
lib. n. 21. p. mibi 242. Mascard. De Probat. Concl. 1038. n. 34. Rut-
ger de Commissar. supr. all. c. 15. n. 10. qvos sequitur Stryk.
c. 2. d. Tr. n. 28.
Hoc tamen, quod de Medicis diximus (Nam Chirur- 41.
gos

42 gos non nisi juratos audiendos esse, indistinctè docet, Claffen, proximè allegando loco, de quo tn. meritò dubitamus, cum & ex horum ordine aliqui propter singularem experientiam & peritiam à Senatu Civitatis recipi & publico salario, prævio juramento ali (soleant) limitat Claffen. *d. Comm. ad Art. 147 p. 934.* Nisi Medicus ille in quadam Civitate fuerit Physicus ordinarius & in principio sui sibi demandati officii juramentum præstiterit; quo casu illum in ferendo judicio de vulneris qualitate non teneri jurare asserit: cui suffragatur Gail. *O. III. n. 13.* Mascard. *Concl. 1034. n. 34.* Brunn. *in Process. inq. sit. c. 7. n. 18.* secutus Oldekop. *Tit. 2. O. 7. n. 4.* ubi addit: Malè proindè nonnullos Practicos præcisè urgere juramentum speciale in actu inspectionis; cum sciant, Medicos non facile id præstiteros, & hâc causâ subvenire Clientibus suis anniti impiè cū animarum suarum atqve integrarum interdum Provinciarum damno. Conferatur, Carpz. *P. 1. q. 26. n. 40.* ubi id in Praxi ita observari docet & sequenti præjudicio confirmat. Das uns vor allen Dingen bescheit zugefertigt werde / wer bey der Besichtigung gewesen / auch ob die Barbyrer oder Bader) quo refutatur sententia Claffenii de Chirurgis in præcedaneis. allata) solche Stiche vor tödlich gehalten / welches Er dann vermittelt seines leiblichen Eides / wofern Er sonst zu seinem Ambt nicht vereydet / aufzusagen pflichtig. &c. Ratio. Quia Sacramenti ab initio officii demandati præstiti tanta vis est, ut ad omnes actus se extendat. Stryk. *d. c. 2. n. 30.* ubi num, sequenti idem etiam ad alios Medicinæ Doctores & Licentiatos extendit, qui in solenni promotionis actu juramentum præstitero, secutus Ruland. *sæpius alleg. loc. P. 1. L. 4. c. 15. n. 10.* quod Facultatis Viadrinæ Responso confirmat: Quod concedimus modò illud juramentum tam latè conceptum sit, ut commodè ad inquisitionis actum extendi possit. In

In eo etiam lubentes subscribimus *Excell. Strykio, d. c. 2.* 47
n. 32. quod hoc casu consultum foret, ut illi, qui ab initio jurarunt, in inspectionis actu illius sacramenti admonerentur, quod tunc temporis praestiterunt, quò ita in inspiciendo eò majorem curam ac sollicitudinem adhibeant.

Illud praeterea hic praetereundum non est: Quod, quamvis Imperator Carolus illo casu, quo ad inspectionis actum specialiter in civitate nec Medici nec Chirurghi deputati, & constituti sunt, velit, ut uterque ante actum inspectionis juret *per verba art. 147. die dau zuvor darzu beidiget werden;* illud in Praxi tamen non observetur, sed *hodie* perinde fit, sive ante inspectionis actum jurent Chirurghi, sive postea iudicium suum sacramento confirment, cum in effectu unum idemque sit. De qua praxi iudicii Criminalis testatur saepius *cit. Classen, ad art. 149. p. 644. Sed quodnam prestabunt* 49

Chirurghi jurare jussi juramentum, num Veritatis, an saltem Credulitatis? Resp. Dn. Stryk. in d. Tr. de Jur. sens. Disp. 1. c. 2. n. prope. distinguendo: An Chirurghi deponant de tali re quae certo sciri possit, & infallibiliter in sensus incurrat. e. g. Si de loco vulneris deponant: An verò de re, quae certo sciri non possit, sed saltem ex conjecturis conjecturanda sit. v. g. Si hoc casu super lethalitate vulneris deponant: Ut priori casu de veritate, Posteriori verò saltem de credulitate deponant, non quod reapse verum, sed quod sibi verum videatur *Vid. Idem, d. c. 2. n. 28. Brunn. Proc. Inquis. c. 7. n. 18. Ambros. c. 1. n. 21. Conferatur Clarus L. 5. §. Homicidium n. 43. Carpz. d. l. n. 39. Boërius Dec. 323. n. 234. Farinac. P. 5. qu. 117. n. 118. Mynsing. Cent. 6. Obs. 34. n. 11. seqq.* Ratio: Quia Medicorum Judicium quandoque incertum & fallax est, cum saepius qui ex illorum opinione salvari non posse existimantur, pristinae sanitati restituantur; Unde natum illud
F tritum

51. tritum sermone proverbii: *es ist besser das einem der Medicus als Jurist das Leben abspricht*: Ne ergo in perjurium incidant, sufficit *Credulitatis* juramentum. Ob incertitudinem enim & periculosam experiētiā lex non debet dare perjurii occasionem *L. Ambiguitates 2. C. De indict. Viduit. in ibique Brun-*
52. *nem. vid. Classen. ad art. 140.* Ubi addit: Ex illa incertitudine esse, quod sententia juxta Chirurgorum judicium lata non transeat in rem judicatam, nec excludat unquam probationem contrarii, sed semper retractari possit, ex meliori judicio & relatione Chirurgorum, qui ipsi tamen monente Strykio. *cap. 3. n. 15. d. Tr. errorem priorum Chirurgorum, probare debent.* Quando enim judex, verba sunt *predicti* Strykii, imperiti Chirurgi vel medici judicium sequitur, & postea ex judicio peritorum apparet contrarium, tunc revocatur factum à judice, non aliter ac si per falsa testimonia, instrumenta, & allegationes factum fuisset. Et
54. huc apprimè facit textus *ab Excell. Strykio d. 1.* in hanc sententiam adductus *L. Divi Fratres. 17. pr. ff. De jure Patronat.* ubi decisionem ex peritorum arbitrio receptam rejecere iterum Imperatores, postquam peritorum Jctorum sententiam perceperant. *Vid. Gandin. in Tit. de Homicid. n. 29. Hipp. de Marfil ad L. fin. n. 66. ff. ad L. Corn. de sic. Petr. à Plach. in Epit. Delict. L. 1. c. 13. n. 14. Carpz. Jurispr. Forens. P. 1. Const. Def. §. in Pr. Crim. qv. 26. n. 27.* ubi exemplum retractatæ sententiæ ex hoc capite ex Scabinatu Lipsi-
55. ensi refert. *jung. Paris de Puteo Tr. De Syndic. in verbis: Tortura. c. 6. n. 3. vers. Nam istud judicium, & cadaver ob hanc rationem iterum exhumatum fuisse, testatur proxime all. Hipp. de Marfil. in Pr. Crimin. §. Ordine n. 3. vers. Et scias.* Ne tamen in infinitum ex hoc capite sententiarum retractatio concedatur, ultra duas vices eadem permitti non solet. *Pacian, de Probat. d. c. 47. n. 89. Cardin. Tusch.*
- Pract.*

85
Pract. Concl. Lit. P. Concl. 286. n. 35. qvov seqvitur Dn. Strykius
d. l. n. 18.

56
Haectenus de Personis inspectioni vulnerum ex praescripto articulo 149. adhibendis, jam gressus promovendus est ad *Circumstantias*, quarum utiqve etiam habendam esse rationem diximus *supr. n. 7. huius capit.* Huc autem pertinet accuratissima cadaveris inspectio Carpz. *P. 1. q. 26. n. 43. Stryk. d. l. n. 33.* qvæ fundamentum est futurae Chirurgorum de vulnere relationis, & consequenter sententiae iudicis, illius tenori conformandae vel absolutoriae ab ordinaria Sicariorum poenam, vel etiam condemnatoria, ut hinc circumspecte oporteat Medicos ac Chirurgo occisi cadaver inspicere. Johann Bernhardin Mutschatell. *Tr. de Cognit. delict. proem. n. 17. seq.* & omniū vulnerū, ictuum, omniumqve aliorum Symptomatum, qvotqvot accesserint, curatam considerationem instituere, qvod idem vult Imperator, *per verb. art. 149. derselben toden Körper vor der Begräbnis mit Fleiß besichtigen / und alle seine empfangene Wunden / Schläge / Aufwürffe / wieder jedes funden und ermesen würde / mit fleiß mercken / Ubi* Cautelae loco probe observandum est, quod docet *Magnific. Strykius sapius cit. loc. n. 34.* Chirurgis scilicet ante sectionem occisi cadaveris haud permittendum esse, stylo vel instrumento qvōdam ferreo vulnerum profunditatem inquirere, cum ita vel vulnus dilatari, vel aliae partes interiores stylo istiusmodi laedi possint; ubi addit hanc praeposteram Chirurgorum curiositatem & intempestivam festinationem recte qvondam summoperè vituperatam fuisse à Medicis ad inspectionem alicujus cadaveris adhibitis, in qvo antea Chirurgus instrumento ferreo inquisiverat, & secto cadavere diversa in pulmonibus reperta fuerant vulnera, adeo ut non constiterit, qvod

F 2

nam-

nam vulnus instrumento illo, quodnam verò gladio datum esset.

58. Illud hoc loco obiter monemus, verum esse quod ceteroquin Doctores de stylo statuunt; Non sufficere ejus immisionem ac solam per stylum factam explorationem, sed eam fallacem pariter ac suspectam esse. Gothofred Welsch. *Tr. de rationali Vulner. lethal. judicio c. 15. Dn. Emeric. Maurit. in Consil. cbilonensi P. 2. Casus. 23. n. 4. Stryk. d. l.*

59. Ut ergo hæc vulnerum inspectio, legitime expediatur (1) requiritur *Sectio*, quâ sine interiora cadaveris inspicere non datur, nec judicare licet, an cor, hepar, pulmo, viscera

60. aut aliæ partes interiores læsæ sint, (2) *Exacta vulnerum consideratio*, & *qualitatum aliorumque symptomatum examinatio accuratissima*; ubi expedit interdum ut gladius, culter vel aliud telum, quo vulnus inflitum dicitur, vulnere applicetur, aut inferatur, quo inde

61. judici constare possit, an tali instrumento vulnus datum, sit, quod tunc præsumitur, quando telum ad mensuram

62. latitudinis & longitudinis nec non profunditatis vulnere

63. quadrat. *Vid. Classen. ad b. art. 149. p. 645. (3) Certa assertio de Vulneris lethalitate aut non lethalitate*; & deni-

64. que (4) *Rationes* assertionis ex quibus scil. causis & rationibus credant Medici & Chirurghi vulnus lethale aut non

65. lethale esse? non redditis enim rationibus iudex de vulneris qualitate certus esse nequit: Cui accedit quod ficuti ne quidem testi habetur fides, sui dicti rationem

66. reddere non valenti, cum sine ratione loquens non ut homo, sed ut pecus loqui videatur. *Alexandr. lib. 6. Consil. 150. n. 18 Seraphin de Seraphinis De privil. Jurament. Priv. 33. n. III. Farinac. quest. 70. c. 1. n. 9. & ex ratione certitudo*

testimonij judicetur. Stryk. sapius cit. Tr. in Proem. n. 8.

ita

ita nec parili ex ratione Medico sine ratione de vulneris
qualitate deponenti temerè credendum sit. *Vid. Classen. &*
Farinac. sepius d. ii.

67.
Ultimò etiam *Temporis* habenda ratio est in
judicio de vulneris qualitate ferendo: scilicet ut inspi-
ciatur cadaver occisi, *ante sepulturam*, per verba ar-
tic. Denselben toden Körper vor der Begräbnis mit fleiß 68.
Besichtigen / Ne, postquam corpus terræ mandatam est,
de ejus lethalitate suboriatur dubium. Hinc si omiſſa
inspectione cadaver fuerit sepultum, illud, nisi fortean
nimis diu in terra jacuerit putredine corruptum, iterum
effodi & à Chirurgis inspicere debet. *Conrad. in Pract. Tit. de*
Inquisitione n. 24. Damhauder. Pr. Crim. c. 75. n. 1. qvov se-
qvitur Classen. ad b. art. p. 643.

69.
Diximus, si omiſſa inspectione Cadaver sepultum
fuerit, illud iterum effodiendum esse, quod sine dubio
procedit, si vulneratus post interstitium aliquot dierum
mortuus sit, ut ex tractu temporis dubium movere possit
vulnerans, pœnam mortis hoc stratagemate callidè
evitaturus, an etiam vulnus per se lethale fuerit.


70.
Sed quid, si vulneratus *telo lethifero in continenti affu-*
Platz oder auf frischer Taht decedat, & cadaver sine inspe-
ctione terræ mandetur, an cadaver ob neglectam inspe-
ctionem effodi iterum, aut vulnerans ordinariâ pœnâ 71.
affici debet? Posterius affirmat Strykius *d. l. c. 3. n. 33. seqq.*
secutus auctoritatem Card. Tusch. *in Pract. Concl. Lit. P.*
Concl. 286. n. 28. & Justi Oldenkopp. Decad. 1. quem alle- 72.
gat Brunn. in Process. Inquisit. c. 7. n. 20. Ex his rationibus
Quod (1) inspectio ideò saltem adhibeatur, ut constet, an
ex vulnere quis mortuus sit; jam autem præsumatur
ipsum, qui in continenti vulnere illato decedit, ex vulnere
decessisse, *Menoch. de A. J. Q. 2. Cas. 275. n. 2. Boer. Dec.*


323. Unde & Carolus V. in C. C. art. 147. in specie de morte, non incontinenti, sed ex intervallo secuta, loquitur verbis: so einer geschlagen würde / und über etliche Zeit darnach stürbe / also das zweiffelhaft wäre / ob er der gelagten Streiche halber gestorben wäre / oder nicht / E. inspectione opus
73 h. c. non fit: Quæ enim Imperator in certum casum de necessitate requirit, ea in casu contrario necessaria non erunt. Cui non obstat, quod præfato casu saltem sit præsumptio, vulnus fuisse lethale. Ex præsumptionibus autem nemo ordinariâ delicti pœnâ puniendus sit. *L. fin. C. de Probat. art. 22. C. C. vid. supr. c. 3. n. O.* Resp. enim est: Hoc verum esse, si nuda sit præsumptio, aliud verò si præsumptio factò ipsò exactè conspiret. (2) quod adfuerit animus occidendi, qui tum ex armis lethiferis Carpz. *Pr. Crim. P. I. quæst. 3. n. 25.* tum ex factò illicito abundè colligitur, & mors ipsa in continenti fuerit subsecuta, nec malo regimini vulnerati, quorsum tamen respicit Imperator, in art. 147. quicquam imputari possit, ut inspectio sit superflua, quam h. c. nec jus Divinum, nec jus Civile, nec jus Imperii novissimum requirit; quod & præjudiciis non nullis Facultatis Viadrinæ prælaudatus
74 Strykius, *d. l.* confirmat; cui & nos subscribimus, indeq; concludimus: h. c. multò minus opus esse, ut cadaver effodiatur: probato enim, quod sine inquisitione vulnerans mortis damnari possit, simul liquet, nec effossione, tanquam
75 inquisitionis præparatorio opus esse.
Coronidis loco disquiritur. Annon licitū sit huic oculari inspectioni, utraq; volente parte, tam vulnerante, quàm vulnerati hereditibus, renunciare? Et Resp. Negando, Ratio: Quia hæc inspectio publicâ Imperii lege requiritur, ut ita exactè de crimine constet, Stryk. in *Tract. De juro Sensuum Diss. I. n. 16.* Illis autè, quæ publici juris sunt & in publicâ utilitatem recepta, privatorum


27
torum pactis derogari nequit per. L. 7. §. 14. Et. Jus publicum, 38. ff. de. Pactis, Vid. Brunnem: ad d. l. 38. De Pactis, ubi hanc regulam variis exemplis illustrat & elegantissimè limitat, ad quem Benivolum Lectorem remittimus & hisce ita pro ingenii modulo & temporis ratione deductis, Deo, omnis boni Patri, sempiternam gloriam nuncupantes, huic discursui Academico imponimus.


FINEM.













IN SOCIET. GENT. & SOCIET. ARB
ministratio concessa, quamvis dissent, Merckelbac
1. conf. 13. n. 61. & ibi all.

§. 9.

Annumerari quoque potest in Germaniâ
riis publicis VII. Societas Clientelaris, quæ inter P
intercedit, & in Imperio admodum frequens est
Dn. Becman, in pol. par. c. 11. §. 4. Sicut autem hîc P
omnia illa jura concedenda sunt, sine quibus o
auxilio adjuvare non potest, quò etiam jus mi
quando jus apertura pertinet; Dn. Stryk. de ju
c. 1. n. 125. seqq. Dn. Fritsch. in Tr. de iure
seqq. Ita impunis est Clientum erga Protec
si vel etiam quò ad hæc jura pacto sibi prospexerint,
sales inter Protectorem & Clientes usitata, vid. i
vers. c. 7. vel justam non parendi causam habeant,
in se imperium quærere metuant, aut illius mil
oso veniant, ubi jus apertura licite denegabunt. v
jut c. 2. §. 18. Multo magis autem impune inobe
tector sub protectionis pretextu Superioritatem fi
res tribuere, & e. g. actus jurisdictionis exercere,
10. Qu. 2. vel Clientes, (ubi tamen casum summ
Dn. Wildvog. in Diss. De protect. cens. c. fin. n. 10.) c
vol. 1. conf. 12. n. 31. Dn. Lyncker. Decatastris c. 3. §.
& adhærentes non fiant subditi, Klock. conf. 37. n.
dus Protectorium jus superioritatis inferat,
Reichs vogten p. 417. & 489. & ibi all. Mag. de
& c. 3. n. 401. Böcler. in not. S. R. J. L. 16. c. 3. §. 3. & C
quidem plenariis subditis æquiparentur, in oneri
minationem non teneantur, Dn. Stryk. all. l. n. 134.
tibus in vito Protectore Jus Protectionis excutere lic
dum videtur, si pro Protectione certus census
cum jus Protectori semel ex contractu quæsitur
nequeat: Se. us. vero, si gratuita sit protectio, ub
renunciare utique poterunt, cum Protectoris ho
vid. omn. Mantz. Dec. Pal. Qu. 18. n. 5. & 34.

the scale towards document

957.
177
Vol.
bitra-
lientes
apud
tentes
eri &
& ali-
terr.
n. 17.
entia,
Rever-
r. Re
torem
ntagi-
as. ad-
i Pro-
Clie-
teseb.
xcipit
Klock.
derati
c. tæ-
on defa
n. 439.
modis
deser-
Clie-
neg an-
etur,
uferri
avori
erlit,
S. 10.